DE

PRONOMINIBUS RELATIVIS HOMERICIS.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

ORDINE PHILOSOPHORUM LIPSIENSI

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

EDMUNDUS LAMMERT

SONDERSHUSANUS.

LIPSIAE

TYPIS HUNDERTSTUND & PRIES.

MDCCCLXXIV.

Quae de origine ac natura pronominis relativi quum aliarum tum graecae linguae copiose varieque antiquitus disputata sunt hodieque afferuntur eo, ut nihil omnino dubii relinqueretur non duxerunt propterea, quod firmis carebant fundamentis. Haec autem poni non posse mihi videntur nisi ita, ut qui fuerit usus loquendi singulis temporibus ex optimis quibusque litterarum monumentis exempla omnia colligendo collectaque ratione comprehendendo certo constituatur. Tum demum quae sint usitata aut singularia, quae priora aut posteriora ut clare cognoscatur omniaque ad certam quandam rationem revocentur fieri poterit.

Itaque ego de pronominibus relativis ὅς ἥ ὅ, ὁ ἡ τό, ὅς τις, ὅς τε sive ὅ τε, quae apud Homerum reperiuntur, quaestiones institui, ut quae sint sua cuique origo et natura, aetates et gradus ex enuntiatis inter se comparatis explicem vel, si minus mihi eventus processerit, ut rerum copiam qua peritiores utantur plenam parem et solidam.

CAPUT I.

De pronominibus relativis homericis ὅς ἥ ὅ et ὅ ἥ τό.

§ 1. Unde orta sint.

Pronomina relativa a primitivis stirpibus suis et propriis omnino non orta esse jam pridem viri docti intellexerunt et ex similitudine formarum, quae erat illis cum aliis quibusdam et ex eo, quod enuntiationes compositas et easdem inter se subordinatas, ad quas origo pronominis relativi referenda esset, posterioribus demum temporibus ab adulta quadam cogitandi vi paullatim profectas esse consentaneum erat.[1]) Dubium autem est, utra stirpium pronominalium, quae primitivae habendae sunt, utrum stirps indefinita sive interrogativa an demonstrativa principium statuendum sit pronominum

1) cf. Steinthalium de pron. relat. pag. 33.

relativorum graecorum. Nam ratione habita pronominum lat. *qui* et theotisc. *wer*, *welcher*, quae ad stirpem interrogativam referenda esse apparet, alterum graecum *ὅς ἥ ὅ* a pronomine indefinito vel interrogativo, contra ex alterius graeci *ὅ ἥ τό* et theotisc. *der die das* usu demonstrativo utrumque graecum relativum a pronomine demonstrativo ductum est.

Atque primum commemoro Savelsbergium, qui nisus titulo locrensi a Rossio a. 1854 edito, ubi *ϝότι* scriptum legitur pro *ὅτι*, pronomen *ὅς* ex stirpe indogerm. *ka* sive ex forma ejus secundaria *ku*, *kva* derivavit, ut illud re vera ejusdem generis esset atque pron. interrog. lat. *quis* et got. *hvas.*[1]) Hanc sententiam deinde argumentis ex usu homerico desumptis confirmare conatus est Hentze[2]), qui censuit enuntiationes relativas interrogando et respondendo esse effectas. Quod quidem in lingua graeca certe demonstrari non potest[3]), neque exempla similia reperiuntur, ubi *κ* sonus initio vocabulorum graecorum abjectus est.[4])

Contra derivavit Max Schmidt[5]) et *ὅς* et *ὅ* ab eadem stirpe demonstrativa *τος*. At *τ* sonus initio vocabulorum in spiritum asperum nunquam in lingua graeca transiit.

Denique Boppius[6]) *ὅς* cum pron. relativo linguae sanscritae *jas jâ jat* artissime cohaerere arbitratus est, cui assenserunt deinde Curtius[7]), Pottius[8]), Schleicher[9]), Sonnius.[10])

Nuper hanc sententiam rectam esse uberiore commentatione quam modo commemoravimus confirmavit Windisch. Ex qua apparet, ejusdem stirpis esse etiam lit. *jìs jì* (pron. tertiae personae), slav. *i ja je*, plerasque formas got. prono-

---

1) Kuhns Ztschrft. VIII., pag. 406. Ceterum jam Thierschius (Griech. Gr. p. 595) *ὅς* indefinitum fuisse opinatus erat.

2) De pron. rel. usu hom., diss. Goett.

3) cf. Windisch, das Relativpron. im Griech., Curtii Stud. III., pag. 211.

4) cf. Curtii Grundz. d. gr. Etym. p. 368.

5) De pron. gr. et lat. § 5,5.

6) Vergl. Grammatik II., 162.

7) Jahns Jahrbb. LXXI., pag. 354; Grundz. d. gr. Etym. l. l.

8) Etym. Forsch. pag. 366.

9) Compendium I., pag. 180; lit. Gr. pag. 196; Kirchensl. Spr. pag. 262.

10) Kuhns Ztschrft. XII., pag. 273. cf. R. Foerster, quaest. de attractione, Berol. 1868, pag. 3.

minis *is (si) ιta*, vet. theot. *er (sie) ez*, anglo-sax. *(hi siu) it*, (ubi formae stirpis a *s* sono incipientis illatae sunt), denique lat. *is ea id.* Haec autem omnia composita sunt stirpibus primitivis *i* et *a*, ut formae principales statuendae sint *ai*, *ia*, *ja*. ὅς igitur ex sonorum natura sejungi necesse est ab altero relat. ὅ ἥ τό, quod profectum est a stirpibus *sa* et *ta* (ab hac in formis a vocalibus incipientibus). Utrique vero vis erat demonstrativa. Cujus non solum testes sunt illa in omnibus fere Indogermanorum linguis pronomina demonstrativa ejusdem stirpis, sed etiam in carminibus homericis vestigia apparent. Saepius enim ibi ὅς aeque atque ὁ, οὗτος, ἐκεῖνος in enuntiationibus inter se coordinatis adhibetur ad notiones antea allatas denuo proferendas, plerumque conjunctum cum γάρ, καί, οὐδέ, μηδέ. Loci autem hi sunt: ὃς γάρ: *Ψ*, 9. ω, 190. (cf. ω, 296 τὸ γὰρ γέρας), *M*, 344. α, 286, ρ, 172. μηδ' ὅς: *Z*, 58. Etiam disjunctioni servit ὅς similiter atque οὗτος — ἐκεῖνος *X*, 201 ὡς ὃ τὸν οὐ δύναται ὑποφεύγειν, οὐδ' ὃς ἀλύξαι. — ὅς ῥα: *A*, 405. *K*, 318. *O*, 644. *P*, 350. ο, 254. σ, 8. υ, 291. φ, 148. υ, 291. ὃς δή: υ, 289. ὃς καί: *B*, 239 (?). *E*, 62, *Π*, 154. καὶ ὅς: *Φ*, 198. ὅς simplex: *Π*, 812. *P*, 152 (?). *N*, 483. *H*, 222. *O*, 528. *X*, 44. δ, 128. (Plerumque vim demonstrativam ὅς retinuit post enuntiationem relativam.) Casus obliqui stirpis *ja* rarius reperiuntur, quorum vice plerumque casus gravioris *ta* fungi jam solebant. δ, 97 ὧν; ξ, 7 ἥν ῥα; ε, 480 οὕς ῥα; σ, 27 ὅν; γ, 408 οἷς. Dubitandum est de ᾧ post interrogationem *E*, 172.

Reliquiae hujus usus homerici sunt etiam posterioribus temporibus formulae καὶ ὅς, ἦ δ' ὅς, et ὃς μέν — ὃς δέ alius — alius, ὁ μέν — ὁ δέ partim — partim.

Quodsi pronomen ὅς aeque atque ὁ ἡ τό natura demonstrativa fuisse constat, exsistit quaestio, quemadmodum vis relativa ex priore utriusque stirpis demonstrativa orta sit. Quam ad exitum quendam nos adducere posse spero, si naturam et nascentis et adulti pronominis persequemur.

§ 2. De relatione (ἀναφορά) et subordinatione.

Jam Apollonius Dyscolus [1]) pronominum demonstrativorum (ἀντωνυμιῶν, quae certam personam vel rem

1) De pron. pp. 8—10. Bekk.

significent), duos gradus [1]) acute arguteque distinxit, docens primo illa adhibita esse ad res eas demonstrandas, quae ante oculos et aures loquentium essent, ut digito quasi significarentur [2]) (*πρώτη γνῶσις*, *δεῖξις τῆς ὄψεως*, demonstratio ad res externas); deinde vero ad significandas eas, quae ab oculis remotae in sermone tantum antea commemoratae essent (*δευτέρα γνῶσις* sive *ἀναφορική*, *δεῖξις τοῦ νοῦ*, demonstratio ad res mente fictas). Principalia igitur quae nobis occurrunt pronomina *i* et *a* primitus ad res externas demonstrasse nobis conjiciendum est; postea in demonstrationem anaphoricam transiisse atque vim priorem paullatim perdidisse, ut ad res externas graviter significandas duabus illis stirpibus inter se componendis novum pronomen *ja (ja, aia)* procreari necesse erat. Eodem modo alia deinceps pronomina nata et mutata sunt.[3]) Paullatim enim etiam *ja* anaphoricum fiebat atque novae stirpes *ta* et *sa* in locum ejus succedebant; has denique sequebantur composita *u-ta, a-uta αὐτός; sa-uta οὗτος; sa-gha* (cf. dor. *γά* et *ἐ=γώ*, lat. hî-c) [4]), *ὅγε* (lit. tas-gi); *sa* cum instrumentali *δη* (correpto in *δε*) conjunctum effecit *ὅδε*, *ka, ke* cum *na ἐ-κεῖ-νο-ς*. — *ja* autem et *ta (sa)* in significationem anaphoricam etiamtum transiisse, antequam gentes Indogermanicae discessissent, ex communi omnium linguarum usu apparet. At relativa nondum a lingua primaeva, quae in primo gradu, enuntiationum structura paratactica, substiterit, sed posterioribus demum temporibus in singulis linguis procreata esse inde efficitur, quod magna est inter pronominum relativorum stirpes differentia ac diversitas.[5])

In graeca quidem lingua aliquanto ante tempora Homeri *ὅς* relativum factum, *ὁ* vero fieri coeptum est, eaque de causa neutrum ad res externas demonstrare poterat ut *οὗτος*, *ἐκεῖνος*, *ὅδε*, neque illud saepius in enuntiationibus inter se coordinatis adhibebatur, quum ipsum hoc non raro gravioribus (*αὐτός*),

1) Eosdem repetiverunt Schoemannus, Bedenken u. Fragen über die Pron. indefinita u. interrog. Hoefers Ztschr. I., 242 sq., et Windisch pag. 252. cf. etiam Schmidt de pron. § 5,5.

2) quare a Tyrannione *σημειώσεις* appellatae sunt (Apoll. de pron. pag. 2), „Signalisirungen“ ut vertit Schoemannus.

3) cf. Windisch pag. 302.

4) cf. Curtii Etym. pag. 478.

5) cf. R. Foerster pag. 2.

οὗτος, ἐκεῖνος, ὅγε jam his locis submoveretur. Mutata autem sunt pronomina *ὅς* et *ὅ* in relativa hac ratione.

Fuit quondam tempus, quo illa erant pronomina anaphorica maxime usitata, quibus loquentes ad notionem aliquam in priore enuntiatione commemoratam referre solebant, ut de eadem aliquid novi altera in enuntiatione adderent. Quae quidem enuntiationes ex verborum conformatione prorsus erant inter se coordinatae, i. e. etsi mente artius inter se conjungendae erant, tamen sua utrique propria vis erat.[1]) Hanc structuram paratacticam quum facillime reddere possit pronomen linguae vernaculae et anaphoricum et relativum *der die das*, liceat mihi verbis ejus explicare e. g. A, 78:

ἦ γὰρ ὀίομαι ἄνδρα χολωσέμεν, ὅς μέγα πάντων
Ἀργείων κρατέει καὶ οἱ πείθονται Ἀχαιοί:
denn fürwahr, ich glaube, ein Mann wird zürnen, *der* herrscht
mächtig über alle Argiver und ihm gehorchen die Achaeer.

Quo magis deinde quae ratio et discrimen singularum enuntiationum esset sentiebant, eo clarius homines animo intelligere necesse erat, dicta et cogitata, quamquam quodam modo in contextu sermonis cohaererent inter se omnia, tamen alia ex aliis artius nexa esse nec raro tam arte, ut membrum alterum sine altero omnino consistere non posset; atque hac ex comprehensione sententiarum eminere unam, quae ut totus sermo progrederetur vi sua efficeret, itaque in universa ejus continuatione apparere primariam, qua aliae minoris momenti sustinerentur. Ex sensu autem et intelligentia rationis illius, quae inter singulas sententias intercedat, orta est structura hypotactica, enuntiationum subordinatio.

§ 3. De correlatione.

Ex enuntiationibus talibus, quales sunt illae de quibus modo diximus, nondum intelligi potest, sitne subordinatio facta necne; altera quidem loci illius *καὶ οἱ πείθονται Ἀχαιοί*, cujus loco nos relativum ponimus, certe non subjuncta, sed

1) cf. Delbrueck u. Windisch, Ueber den Gebrauch d. Conj. u. Opt. im Sanscrit u. Griech. pag. 32 sq. — Curtii Erlaeuterungen zur griech. Gr. pag. 189. — Classen Beobacht. über d. homer. Spr. pag. 4 et 21.

coordinata erat, ut alteram quoque, *ὃς μέγα πάντων* . . ., ex se ipsa aptam esse quisquam putare possit. *ὅς* enim hic tam demonstrationem quam relationem haberi licet, quum per se structuram hypotacticam minime effecerit.[1])

Manifeste vero exprimendae structurae hypotacticae facultatem dederunt enuntiationes eae, quae tam arte inter se cohaerebant, ut, alterutra remota, altera parum esset plena et perfecta; eas dico, quarum utrique est eadem res vel persona, quae, ut eadem esse graviter praedicetur, in utraque enuntiatione significatur pronomine demonstrativo primo plerumque loco posito. Nec tamen cogitamus de iis, in quibus agitur de rebus quae sensibus percipiuntur, ita ut ad eas primae enuntiationis pronomen demonstrativum oculos audientium convertat, alterius deinde pron. anaphoricum ad eas referatur, velut *ὅδε* . . . *ὅς* *I*, 688:

Εἰσὶ καὶ οἵδε, τάδ' εἰπέμεν, οἵ μοι ἕποντο (cf. *X*, 379 *τόνδ' ἄνδρα* . . . *ὅς*),

vel. *οὗτος* . . . *ὅς* *Ξ*, 219:

Τῆ νῦν, τοῦτον ἱμάντα τεῷ ἐγκάτθεο κόλπῳ
Ποικίλον, ᾧ ἔνι πάντα τετεύχαται (cf. *E*, 761. *K*, 477),

sed de iis, quibus continentur res, quae mente sola intelliguntur vel finguntur. Atque hae quidem res, quum antea jam commemoratae sint vel omnino notissimae facilesque ex rebus ceteris intellectu, pronomine altero in memoriam denuo revocantur, altero etiam accuratius circumscribuntur, vel. *ξ*, 227:

αὐτὰρ ἐμοὶ τὰ φίλ' ἔσκε, τά που θεὸς ἐν φρεσὶ θῆκεν,

i. e. *πόλεμοι καὶ ἄκοντες ἐύξεστοι καὶ ὀιστοί, λυγρά*, —

vel. *E*, 320:

οὐδ' υἱὸς Καπανῆος ἐλήθετο συνθεσιάων
τάων ἃς ἐπέτελλε βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης —

Ξ, 90: *σίγα, μή τις τ' ἄλλος Ἀχαιῶν τοῦτον ἀκούσῃ*
μῦθον, ὃν οὔ κεν ἀνήρ γε διὰ στόμα πάμπαν ἄγοιτο —,

aut si novae nationes in sermonem inducendae sunt, pronomine demonstrativo graviter praenuntiantur et praeter ceteras

1) cf. Delbrueck u. Windisch pag. 31, ubi admonetur, ne quis pronomen, quod relativum nunc dicatur, adjumentum, sed potius signum hypotaxis fuisse arbitretur. — At ne signum quidem certe fuit priusquam consuetudine diutina in structura hypotactica inhaereret.

ejusdem generis significantur[1]), altero repetuntur ut certis finibus terminentur et definiantur, velut *E*, 332:

. . . οὐδὲ θεάων
τάων αἵ τ' ἀνδρῶν πόλεμον κάτα κοιρανέουσιν.

Saepe pronominis demonstrativi vis adeo augetur, ut vice *idem* pronominis fungi videatur, velut *Z*, 292:

ἤγαγε . . . . .
τὴν ὁδὸν ἣν Ἑλένην περ ἀνήγαγεν εὐπατέρειαν.

Posterioribus demum temporibus rarissimeque in locum ejus substitutum est αὐτός:

θ, 107: ἦρχε δὲ τῷ αὐτὴν ὁδόν, ἥν περ οἱ ἄλλοι . . . .
Ψ, 480: ἵπποι δ' αὐταὶ ἔασι παροίτεραι αἱ τὸ πάρος περ. —

Harum enuntiationum utramque primo ex se ipsa aptam fuisse consentaneum est, utrumque enim pronomen quondam anaphoricum erat.

Luculenter hoc apparet ex tribus locis Odysseae, ubi poeta utraque in enuntiatione utitur eodem pronomine demonstrativo:

ξ, 227: τὰ φίλ' ἔσκε, τά που θεὸς ἐν φρεσὶ θῆκεν,
das ist mir lieb gewesen, das gab mir . . . .,
φ, 42: ἡ δ' ὅτε δὴ θάλαμον τὸν ἀφίκετο δῖα γυναικῶν
. . . . . τόν ποτε τέκτων|ξέσσεν,
in das Gemach gelangte, das hatte einst . . .,
τ, 573: τοὺς πελέκεας, τοὺς κεῖνος . . . ἵστασχ',
die Aexte, die stellte Jener . . . .

Deinde quum fieri non posset, quin enuntiationum talium artissime inter se cohaerentium alteram majore, alteram minore esse vi ad sermonis continuitatem efficiendam intelligerent, homines in posteriore quam subordinatam sentirent uti consuescebant pronomine leviore ὅς, in priore autem, ubi graviore quodam accentu opus esset, pronominibus ὁ, οὗτος, ἐκεῖνος, αὐτός. Ita pronominibus distinguendis exstitit correlatio.

In Iliade quidem tum maxime correlatio facta est, quum substantivum abest et notio ejus generalis (homines, res etc.) pronomine demonstrativo significatur. Collegi exempla

1) Quod pronomen demonstrativum postea debilitatum est in articulum determinativum (individualisirender Artikel, cf. Curt. gr. Gr. § 371).

31 ex Iliade, 21 ex Odyssea. Substantiva vero adduntur in Iliade septendecim locis, in Odyssea viginti locis. Bis in Iliade, bis in Odyssea adhibitum est *κεῖνος*.

Α, 139 *ὁ δέ-ὅν.*
Δ, 524 *ὁ δ'-ὅς ῥα.... Πείροος.*
Υ, 123 *οἱ δ'-οἵ.*
Τ, 203 *οἱ μέν-οὕς.*
Ψ, 460 *αἱ-αἵ.*
Η, 186 *τόν-ὅς.... Αἴας.*
Ι, 615 *τόν-ὅς.*
Τ, 109 *τόν-ὅς.*
ib. 326 *τόν-ὅς... φίλος υἱός.*
Ξ, 416 *τόν-ὅς.*
Τ, 228 *τὸν μέν-ὅς.*
Ω, 30 *τήν-ἥ οἱ.*
Α, 686 *τούς-οἷσι.*
ib. 122 *τούς-οἵ .... ἀνέρες* = *ψ*, 269.
Ν, 257 *τό-ὅ.*
Β, 36 *τά-ἅ ῥ'.*
ib. 38 „ „
Δ, 361 *τά-ἅ τ'.*
Α, 272 *οὔτις τῶν-οἵ.*
Ω, 167 *τῶν-οἳ δή.*
Ι, 74 *τῷ-ὅς.*
Σ, 508 „ „
Ω, 758 *τῷ-ὅντε.*
Β, 805 *τοῖσιν-οἷσί περ.*
Γ, 177 *τοῦτο-ὅ.*

Ζ, 231 *τοῖοι-οἵ.*
Ι, 63 *κεῖνος-ὅς.*

Α, 554 *τά-ἅσσα.*[1])
Υ, 127 „ „
Ρ, 8 *τόν-ὅστις.*
Ε, 301 „ „

Ε, 184 *ὅ γ' ἀνήρ-ὅν.*
Μ, 196 *οἱ... κοῦροι-οἵ.*
Ζ, 292 *τὴν ὁδόν, ἥν.*
Κ, 235 *τὸν... ἕταρον-ὅν.*
Ν, 594 *χεῖρα... τήν, ᾗ.*
Θ, 186 *τὴν κομιδήν, ἥν.*
Κ, 332 *τοὺς ἵππους-οἵ.*
Ε, 265 *τῆς γενεῆς-ἧς.*
Ι, 630 *φιλότητος... τῆς-ᾗ.*
Ε, 320 *συνθεσιάων τάων-ἅς.*
ib. 332 *θεάων τάων-αἵ τ'.*
Τ, 111 *τῶν ἀνδρῶν-οἵ.* = *Τ*, 106. *ε*, 106.
Ξ, 90 *τοῦτον μῦθον-ὅν.*
Π, 30 *οὗτος χόλος-ὅν.*
Ψ, 480 *αὐταὶ ἵπποι-αἵ.*
Ε, 636 *κείνων ἀνδρῶν-οἵ.*

ξ, 227 *τά-τά.*
χ, 48 *ὁ-ὃς αἴτιος... Ἀντίνοος.*
ς, 171 *οἱ-οἵ.*
β, 350 *τόν-ὅν.*
ib. 116 *τά-ἅ.*
η, 312 *τά-ἅτ'* cf. *Δ*, 361.
δ, 347 *ταῦτα-ἅ.*
η, 243 *τοῦτο-ὅ.* = *ο*, 402.

ϑ, 161 *τῷ-ὅς ϑ'.*
λ, 289 *τῷ-ὅς.*
τ, 322 „ „
ξ, 61 *τοῦ-ὅς.*
ϱ, 383 *τῶν-οἳ δημιοεργοί.*
χ, 463 *τάων-αἵ.*
τ, 345 *τάων-αἳ δρήστειραι.*
τ, 28 *τοῖσι-οἵ.*

1) cf. infra de *ὅστις* pag. 21.

ω, 321 κεῖνος-ὅν.
ο, 21 κείνου-ὅς.
γ, 185 κείνων-οἵ.
β, 114 τῷ-ὅτεῳ.
ε, 88 τά-ἅσσα.
σ, 289 τῷ Ἀχαιῶν-ὅστις.

φ, 42 θάλαμον τόν-τόν.
κ, 73 ἄνδρα τόν-ὅς.
τ, 165 τὴν ὁδόν-ᾗ.
δ, 98 οἱ ἄνδρες-οἵ.
ε, 106 τῶν ἀνδρῶν-οἵ.
ϑ, 161 φωτὶ τῷ-ὅστε.
ο, 54 τοῦ ἀνδρός-ὅς.

ω, 83 ἀνδράσιν...τοῖς-οἵ.
β, 51 τῶν ἀνδρῶν-οἵ.
π, 437 οὗτος ἀνήρ-ὅς.
χ, 165 κεῖνος ἀνήρ-ὅν.
β, 118 παλαιῶν τάων-αἵ.
η, 54 τοκήων τῶν αὐτῶν-οἵ.
τ, 573 τοὺς πελέκεας-τούς.
ξ, 156 ἐχθρός....κεῖνος-ὅς.
ϑ, 107 αὐτήν ὁδόν, ἥν.
β, 286 τοῖος ἕταιρος-ὅς.
δ, 826 τοίη πόμπος-ἥντε.
α, 351 τὴν ἀοιδήν-ἥτις.
ib. 403 ὅγ᾽ ἀνήρ-ὅστις.

§ 4. De correlatione intermissa.

Saepe vero loquentes ubi non tam notionem rei vel personae, quam id quod de his edicebant (actiones earumque accidentia) gravius praedicare volebant, demonstratione neglecta prioris enuntiationis pronomen omittebant. Satis efficiebat ad rem vel personam significandam solum substantivum vel pronomen indefinitum, velut

ε, 48: τῇτ᾽ ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
ὧν ἐθέλει.
α, 1: ἄνδρα μοι ἔννεπε . . . ὃς μάλα πολλά . . .
Ω, 734: . . . ἤ τις Ἀχαιῶν
ῥίψει, χειρὸς ἑλών, ἀπὸ πύργου, λυγρὸν ὄλεθρον
χωόμενος, ᾧ δή που ἀδελφεὸν ἔκτανεν Ἕκτωρ.
Ζ, 293: τῶν ἕν᾽ ἀειραμένη Ἑκάβη φέρε δῶρον Ἀθήνῃ,
ὃς κάλλιστος ἔην.

Atque etiam notio, ad quam demonstrativum (anaphoricum) enuntiationis secundariae referendum erat, prorsus omittebatur, facile tamen et ex verbis et ex rebus mente supplebatur, velut

Δ, 374: ὥς φάσαν, οἵ μιν ἴδοντο.
Ε, 407: οὐ δηναιός, ὃς ἀθανάτοισι μάχηται. [1])

---

1) Omnino collegi ex Iliade 42, ex Odyssea 52 locos. Plerumque in priore enuntiatione supplendus est nominativus aut accusativus, rarissime genetivus aut dativus.

Nominativus supplendus est: Δ, 374. Ε, 407. ib. 481. Ν, 344, Ξ, 81. ib. 107. Ρ, 629. Σ, 271. Ψ, 553. Ι, 131. Μ, 269, Ψ, 345. Ν, 278. Φ, 347.

Primo etiam talibus in enuntiationibus ὅς fuisse pronomen demonstrativum sive anaphoricum minime negari potest. Is enim, qui loquebatur, certam quandam rem mente finxit, quasi haec ante oculos versaretur, ut digitis significari posset. Ex natura sententiarum indefinita ὅς pronomini vis quaedam indefinita paullatim annectebatur, e. g.

Z, 227: πολλοὶ μὲν γὰρ ἐμοί Τρῶες κλειτοί τ᾽ ἐπίκουροι
κτείνειν ὅν κε θεός γε πόρῃ καὶ ποσσὶ κιχείω,

ubi mente suppleas notionem aliquam indefinitam, ad quam ὅν referatur distributive:

zu tödten „den Einen oder den Andern", den da vielleicht schickt ein Gott.

O, 137: μάρψει δ᾽ ἑξείης ὅς τ᾽ αἴτιος, ὅς τε καὶ οὐκί:
er wird fassen der Reihe nach „Einen wie den Andern", der da sei schuldig, der da nicht.

M, 269: ὦ φίλοι, Ἀργείων ὅς τ᾽ ἔξοχος ὅς τε μεσήεις
ὅς τε χερειότερος:
o Freunde, Einer wie der Andere, der da sei hervorragend, der da mittelmässig, der da geringer.

I, 320 (quem tamen versum in dubium vocavit Bekkerus),

Hac ratione ii quoque loci sunt explicandi, ubi ὅς pronomen ex sensu nostro adhibitum videtur ad interrogationem indirectam efficiendam. Spectandi sunt hi:

Φ, 609: καὶ γνώμεναι ὅς τε πεφεύγει, | ὅς τ᾽ ἔθαν᾽ ἐν πολέμῳ.
N, 278: ἔνθ᾽ ὅ τε δειλὸς ἀνήρ, ὅς τ᾽ ἄλκιμος ἐξεφαάνθη.
Ψ, 498: τότε γνώσεσθε ἵππους, οἵ δεύτεροι, οἵ τε πάροιθεν.
ρ, 363: γνοίη θ᾽ οἵτινές εἰσιν ἐναίσιμοι οἵ τ᾽ ἀθέμιστοι.

Praevalebat his in enuntiationibus actio sentiendi et decla-

B, 687. *Φ*, 103. *Ψ*, 667. — *η*, 322. *θ*, 585. *ν*, 40. ib. 291. *λ*, 613. *ξ*, 85. *o*, 333 (= ib. 559). *ρ*, 258 (= *υ*, 281). *σ*, 63. *ω*, 159. *o*, 72 *γ*, 320. *θ*, 147. *o*, 359. — Accusativus: *Z*, 227. *H*, 68. (= ib. 349. 369. *T*, 102. *Θ*, 6. *η*, 187. *θ*, 27). *K*, 125. *O*, 130. ib. 137. *Φ*, 24. ib. 484. *I*, 146. ib. 320 (?). *Φ*, 609. *Ω*, 106. *A*, 230. *Ξ*, 195 (= *ε*, 89). ib. 221. *O*, 109. ib. 148. *Θ*, 408. *Ξ*, 190 *I*, 102. — *β*, 156. ib. 275. *ξ*, 80. *ρ*, 580. *σ*, 345. ib. 47. *ξ*, 221. *δ*, 614 (= *o*, 114). *τ*, 28. ib. 171. *φ*, 331. *ψ*, 5. *ρ*, 363. *o*, 317. *δ*, 392. *ν*, 214 *ξ*, 53. (= *σ*, 113). *χ*, 377. *ω*, 215. *α*, 124 (= ib. 389. 159). *β*, 25 (= ib. 161. 229. *ω*, 454). *θ*, 548. — Genetivus: *E*, 421. — *β*, 29. *φ*, 155. *ψ*, 135. *ω*, 286. — Dativus: *T*, 235. *Ω*, 335. *K*, 305. *T*, 265. *Ψ*, 748. — *π*, 391 (= *φ*, 162). *τ*, 342. *φ*, 280. *λ*, 434. *β*, 336 (= *π*, 386). *o*, 24. *π*, 76. *τ*, 510. ib. 528. ib. 335.

randi, non interrogandi, quum verba regentia sint plerumque transitiva.[1]) Luculenter hoc apparet

Ψ, 498: dann werdet ihr erkennen die Pferde, die sind hinten, die sind vorn.

Φ, 609: und zu erkunden „den Einen u. den Andern", der da ist entflohen, der da im Kampfe gefallen.

N, 278: da wird offenbar der Eine u. der Andere, der da ist ein Feigling, der da ein tapferer Mann.

ρ, 363: und könnte bemerken, die da sind gerecht, die da ungerecht.

Quamquam concedendum est, ut hic locus aeque atque ϑ, 576

ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον,
ὅππῃ ἀπεπλάγχϑης τε καὶ ἅς τινας ἵκεο χώρας
ἀνϑρώπων, αὐτούς τε πόλιάς τ' εὖ ναιεταώσας,
ἠμὲν ὅσοι χαλεποί τε καὶ ἄγριοι οὐδὲ δίκαιοι,
οἵ τε φιλόξεινοι καὶ σφιν νόος ἐστὶ ϑεουδής —

κ, 110: . . . . *ἐκ τ' ἐρέοντο*
ὅστις τῶν δ' εἴη βασιλεύς, καὶ τοῖσιν ἀνάσσοι —

γ, 185: . . . . *οὐδέ τι οἶδα,*
κείνων, οἵ τ' ἐσάωϑεν Ἀχαιῶν, οἵ τ' ἀπόλοντο.

propius accedat ad naturam indirectae interrogationis. Hi vero compositi sunt posterioribus demum temporibus homericis, ubi haud scio an fieri potuerit, ut pronomen *ὅστις*, quod in enuntiationibus subjunctis et anaphorici et interrogativi pronominis vice fungeretur, ad *ὅς* anaphoricum in interrogationem transferendum aliquid valeret.[2])

§ 5. De correlatione inversa.

Permirum denique visum est, quod *ὅς* adhibetur ad correlationem formandam tum, quum enuntiatio, qua continetur, procedit alteram, ut Λ, 409:

ὅς δέ κ' ἀριστεύησι μάχῃ ἔνι, τὸν δὲ μάλα χρέω
ἑστάμεναι κρατερῶς.

Sunt qui senserint, *ὅς* si fuisset pron. anaphoricum, adhiberi non potuisse nisi in enuntiationibus iis, quae sequerentur enuntiationem alteram, cui inesset notio, ad quam relativum

1) Contrarium arbitratur Hentzius l. l. pag. 38 sq.
2) cf. infra pag. 19 sq.

referretur. Quod si hoc ipsum antecedat neque habeat notionem antea allatam, ad quam referatur[1]), ὅς sicut quicunque, wer (sver) indefinitum primo fuisse illi arbitrati sunt, ut vertendum sit:

ist Einer im Kampfe vortrefflich, so muss der ...

Attamen, etsi his in enuntiationibus pronomen indefinitum saepissime locum habere nemo neget nec minus conditionem quandam iis inesse (quam nos ex nostra dicendi consuetudine clarius sentimus), minime necesse est naturam illam indefinitam in lingua graeca expressam esse. Ordiamur igitur a structura paratactica, ubi ὅς nondum relativum, sed demonstrativum fuisse cognovimus; exemplum illud explicandum est:

der ist vortrefflich im Kampfe, der (derselbe) muss auch tapfer Stand halten.

Graeci enim duobus pronominibus demonstrativis eandem personam vel rem in utraque sententia graviter significare animo intenderunt. Enuntiatio autem, quam nunc sentimus subjunctam praemittebatur, quia nescio qua causa psychologica prior in mentem loquentium venerat. Quae conditio in ea inesset aut prorsus omittebatur, aut conjunctivo verbi significabatur.[2]) Hanc si alio signo exprimere voluissent Graeci, potius εἰ particula cum τὶς conjuncta uti poterant. Saepius vero conditio ulla non inest, atque ὅς in enuntiatione priore refertur ad personas et res antea jam commemoratas omnibusque notissimas, ut cum pronomine indefinito nullo modo commutari possit, ut Ω, 499:

ὃς δέ μοι οἶος ἔην, εἴρυτο δὲ ἄστυ καὶ αὐτούς,
τὸν σὺ πρώην κτεῖνας ἀμυνόμενον περὶ πάτρης,
Ἕκτορα.

Hic et Priamo loquenti et Achilli audienti de quo ageretur notissimum fuit, ut Hectoris nomen addi omnino non oporteret.

---

1) Ea de causa Apoll. Dyscolus, qui hunc duplicem ὅς pronominis usum jam observavit, ὅς, si substantivum suum antecedat, in numero *ἀορίστων μορίων* referendum, sin sequatur, *ἀντωνυμίαν ἀναφορικήν* habendum esse censuit (de compos. pag. 90). Quae quidem distractio ejusdem stirpis a conscientia intelligentiaque loquentium alienissima nihil valet ad dicendi consuetudinem explicandam.

2) cf. Curtii gr. Gr. § 554.

Neque nos hic vertere possumus per relativum a stirpe indefinita ductum [1]): wer aber mir der Einzige war —, sed per relativum a stirpe demonstrativa ductum: der aber ... den. Ejusmodi sunt *Δ*, 236. *Z*, 421. *H*, 159. *T*, 42. alii loci.

Tum vero, quum ὅς pronomine demonstrativo res significabantur minus notae, in demonstrando res tamquam notae fingebantur, ut simili modo ὃς καὶ ὅς, der u. der, οἳ μέν — οἳ δέ, alii — alii, pronominum indefinitorum vice fungebantur. [2])

Raro tantum his in enuntiationibus prioris pronominis vis indefinita significata est apud Homerum pronomine τὶς ad demonstrativum addito. In Iliade enim inter 30 fere exempla quinquies, ter tantum inter undecim Odysseae invenitur ὅς τις. [3]) Unde apparet Graecos minime pronomine priore rem esse indefinitam, sed potius, ut modo contendimus, rem de qua ageretur et in priore et in posteriore enuntiatione esse eandem exprimere voluisse. [4])

Quod si ὅς pronomen his locis indefinitum esse nullo modo necesse est, non minus cavendum est, ne arbitremur arteficiosa quadam duarum enuntiationum inversione factum esse, ut pronomen anaphoricum substantivum suum vel enuntiationem primariam antecederet, atque hanc ob causam, ut recta et necessaria membrorum ratio restituatur, totam sententiam relativam post primariam denuo in memoriam revocandam esse. [5]) Hac explicatione, quae e ratione psycho-

---

1) cf. infra not. 4.

2) cf. Schoemannum l. l. pag. 244.

3) cf. pag. 14 sq.

4) Contrarium factum est in lingua germana. Haec enim his in enuntiatis, demonstratione plane omissa, utebatur pronominibus indefinitis *wer* (*swer*, *sô wer*) et *welcher*, velut

wer Sünde thut, *der* ist der Sünde Knecht, i. e.
Einer thut Sünde, *der* ist ...
So *uueliche* daz irchennent, *dien* genadet er;

(quamquam in plurali etiam demonstrativo *die* utitur eadem lingua: *die* Sünde thun, die ...).

Quo ex usu pronominum indefinitorum haec ipsa in usum relativum transierunt: das ist, *was* ich zu sagen habe. Er ist selbe unsaelic, *swer* daz gerne sprichet. (Walther.) cf. Rumpelt, die deutschen Pronomina u. Zahlwörter § 17, 10.

5) ut arbitratus est Delbrueckius l. l. pag. 32.

logica vix probari possit[1]), omnino non opus est. Utraque enim enuntiationum correlativarum, quum esset primo altera alteri coordinata (utrumque enim pronomen erat demonstrativum), ubi primum ad animum accidit, prior pronuntiari poterat, semperque sententiarum ordo absolutus erat et perfectus. —

Duo illa pronomina demonstrativa formis nondum inter se discreta ex vetere structura paratactica sunt reliqua:

A, 125: ἀλλὰ τὰ μὲν πολίων ἐξεπράθομεν, τὰ δέδασται[2]),
atque *Z*, 58: .... μηδ' ὅντινα γαστέρι μήτηρ
κοῦρον ἐόντα φέροι, μηδ' ὃς φύγοι.

Discernebantur deinde pronomina correlativa aeque atque illa de quibus supra pag. 7 jam disseruimus, quo magis homines quae ratio inter enuntiationes singulas intercederet intelligebant, ita ut leviore ὅς in enuntiatione subjuncta, gravioribus autem ὁ, οὗτος, quae vim demonstrandi semper servarunt, in primaria uterentur.

Ceterum addendum est, hanc structuram correlationis inversae non ita saepe in carminibus homericis factam esse[3]); in Iliade ea invenitur undequadragies (septies in priore membro additum est substantivum); posterioribus vero temporibus etiam minus placuisse videtur, quum in Odyssea undecies tantum exstet. Loci sunt hi:

A, 125 τὰ μέν-τά.
ib. 547 ὃν μέν-τόν γε.
ib. 548 ὃν δέ-μή τι σὺ ταῦτα.
B, 198 ὅν ... ἄνδρα-τόν.
Γ, 132 οἳ πρίν-οἱ δὴ νῦν.
Δ, 44 αἳ γὰρ πόληες-τάων.
ib. 232 οὓς μὲν σπεύδοντας-τούς.
ib. 236 οἵ περ πρότεροι-τούς.
Z, 421 οἳ δέ ... κασίγνητοι-οἱ μέν.

1) Jure quidem dicit Steinthalius: Ueber Attraction, Ztschr. f. Voelkerpsych. u. Spr. I, pag. 142:

„Die Reihe, welche die Sätze bilden, ist nur fuer den Hoerenden u. Lesenden eine fertige, gegebene; fuer den Redenden selbst ist sie eine werdende, u. sie wird, indem sie ablaeuft. Denn Saetze liegen nicht fertig in unserem Gedaechtniss wie Woerter, sodass man sich nur einfach ihrer zu erinuern haette etc."

2) quem locum imitatus esse videtur poeta posterioris aetatis *δ*, 349:
ἀλλὰ τὰ μέν μοι ἔειπε γέρων ἅλιος νημερτής,
τῶν οὐδέν τοι ἐγὼ κρύψω ἔπος οὐδ' ἐπικεύσω.

3) ut factam eam esse scimus in lingua sanscrita, ubi enuntiatio relativa primariam saepius antecedit quam sequitur. cf. Delbrueck u. Windisch pag. 32.

H, 159 ὑμέων δ' οἵ περ-οὐδ' οἱ.
I, 508 ὃς μέν-τὸν δέ.
ib. 510 ὃς δέ-τῷ.
Δ, 409 ὃς δέ-τὸν δέ.
T, 42 οἵπερ-καὶ μὴν οἱ.
Ψ, 857 ὅς-ὁ δέ.
Ω, 499 ὅς-τόν .... Ἕκτορα.
ib. 529 ᾧ-ὅγε.

Ψ, 805 ὁππότερος-ὁ.
Γ, 322 „ „
Α 218, ὅς-αὐτοῦ.
B,188 ὅντινα ... βασιλῆα-τὸν δέ.
Δ, 240 οὕς τινας-τούς.
K, 489 ὅντινα-τὸν δέ.

O, 743 ὅς τις δὲ Τρώων-τὸν δέ.
Z, 58 ὅντινα-μηδ' ὅς.
δ, 349 τὰ μέν-τῶν (= ϱ, 140).
α, 219 ὅς-τοῦ.
λ, 148 ᾧ δέ-ὁ δέ.
τ, 329 ὃς μέν-τῷ δέ.
ib. 330 ὃς δέ-τοῦ μέν.
ib. 565 οἳ δέ-οἵ ῥα.
ib. 575 ὃς δέ-τῷ (= φ, 75).
ψ, 56 οἵ περ .... μνηστῆρες-τοὺς πάντας.
λ, 147 ὅντινα μέν ... νεκύων-ὁ δέ.
μ, 41 ὅς τις-τῷ δέ.
η, 211 οὕς τινας-τοῖσιν.

Ter pro pronomine demonstrativo in membro posteriore pronomen tertiae personae ad rem significandam adhibitum est, quamquam non nisi in tertio casu; neque unquam in Odyssea.

B, 391 ὅν — οὔ οἱ.
O, 348 „ „
T, 167 ὃς δέ κ' ἀνὴρ .... νύ οἱ.

Interdum etiam demonstratio plane intermissa est. Plerumque hoc fiebat, quum in enuntiatione posteriore sequebatur i m p e r a t i v u s, e. g.

Δ, 306: ὃς δέ κ' ἀνὴρ ἀπὸ ὧν ὀχέων ἕτερ' ἅρμαθ' ἵκηται, ἔγχει ὀρεξάσθω.

Sententiarum nexus hic est: Nolite aciem nec praecurrere nec relinquere, sed qui hostem propius advectum manu prehendere poterit — ferito. Nestor igitur hic non tam graviter monere voluit, ut i d e m cui occasio data fuerit vir hostem feriat, quam ut s u b i t o feriat. Actio, neque agens persona his locis maximi momenti est, idque maxime, si quid imperatur; interdum vero etiam alia notio insignita est.

Δ, 306.
O, 494 ὃς δὲ κεν .... ἐπίσπῃ, τεθνάτω.
T, 230 ὅσσοι δ' ἂν πολέμοιο περὶ .... λίπωνται, μεμνῆσθαι πόσιος.
Ψ, 660 ᾧ δέ κ' Ἀπόλλων δώῃ .... νεέσθω.

Ψ, 855 *ὃς μέν κε βάλῃ τέρωνα.... φερέσθω.*

Ξ, 376 *ὅς.... δότω.*

Η, 174 *τῶν ὅντινα.... ἴτω.*

Ω, 139 *ὃς ἄποινα φέροι, καὶ νεκρὸν ἄγοιτο.*

Γ, 109. *Ο*, 22. *Σ*, 300. ib. 460. *Ω*, 531. *Ψ*, 319. ib. 322. *Κ*, 416. *Ι*, 341.

σ, 46 *ὁππότερος.... ἑλέσθω.*

ib. 286 *δῶρα.... ὅς κ' ἐθέλῃσιν Ἀχαιῶν ἐνθάδ' ἐνεῖκαι, δεξάσθω* (sc. *τούτου δῶρα*).

ϑ, 204 *τῶν δ' ἄλλων ὅ τινα.... πειρηθήτω.*

ο, 395 „ „ „ .... *εὑδέτω.*

ι, 94. *δ*, 222. *η*, 74. *ξ*, 126. cf. *Ζ*, 142 *εἴ τις ... ἆσσον ἴθ'.*

Appendix

de pronomine *ὁ ἡ τό* usu homerico.

Stirpem *ta (sa)* demonstrativam aeque atque *ja*, sed post hanc, in vim relativam transiisse jam supra commemoravimus pag. 4. Nunquam vero relativum factum est in compositis et derivativis, quae semper vi demonstrativa responderent relativis stirpe *ja* compositis: *ὅτε-τότε, ὅσος-τόσος, οἷος-τοῖος* etc. Neque cum *τὶς* indefinito conjuncta est ut *ὅς* in *ὅστις*.

Apud Homerum *ὁ ἡ τό* vi relativa circiter quadringenties vicies reperitur (240 exempla sunt in Iliade, 180 in Odyssea), ut ratio ad relativum *ὅς*, quod circiter 840 locis Iliadis, 600 Odysseae reperitur, sit $1:3\frac{1}{2}$.

I. Formae a *τ* incipientes

1. plerumque initio a) hexametri aut b) alterius ejus hemistichii post caesuram locum habent, ut totus versus aut hemistichium gravius incipiat.

a) *Α*, 249. *Β*, 448. *Ζ*, 398 (?). *Κ*, 436 (?). *Α*, 126 (?). ib. 134 (?). *Ι*, 498. *Ε*, 543. *Η*, 329. *Ν*, 638. *Α*, 321. *Ξ*, 406. *Φ*, 532. *Δ*, 229. *Ο*, 230. *Σ*, 566. *Α*, 531. *Β*, 728. ib. 742. *Ζ*, 402. *Κ*, 562. *Λ*, 20. *Θ*, 156. *Σ*, 302. *Ο*, 530. *Π*, 146. ib. 153. *Φ*, 405. *Α*, 183. ib. 430. *Β*, 659. ib. 690. ib. 813 (?). *Γ*, 123. *Δ*, 485 (?). *Ι*, 188 (?). ib. 450. *Ν*, 406. ib. 430. *Ο*, 646. *Ψ*, 142. *Ω*, 165. *Ε*, 750 (= *Θ*, 394). *Σ*, 400. *Π*, 150 (?). ib. 547. *Φ*, 31. ib. 147. *Χ*, 307. ib. 48. *Ψ*, 182. *Ω*, 278. *Β*, 764 (cf. *Ω*, 325). *Σ*, 341. *Ω*, 325.

λ, 255. ρ, 141. ο, 329 (= ρ, 565). τ, 373. β, 73. ω, 332. χ, 445. φ, 29. ρ, 207. ο, 234. λ, 545. ι, 264. ε, 429. η, 123. ρ, 288. τ, 581. ib. 387. α, 17. δ, 509. λ, 78. α, 30. δ, 188. γ, 207. ϑ, 63. ο, 520. ρ, 249. α, 430. δ, 798. η, 9. ib. 322 (= ν, 249). λ, 86. ib. 270. 288. ι, 428. υ, 107. κ, 213. λ, 301. ib. 574. ρ, 597. ib. 245.

b) Θ, 500. Ν, 360. Γ, 87 (= Η, 374. 388). Λ, 36. Η, 112. Ω, 212. Η, 138. Θ, 195. Κ, 404 (= Ρ, 78). Ω, 348 (= κ, 279). Σ, 192. Ω, 106. Ο, 167 (= Υ, 65. Ο, 183). ib. 580. Π, 735. Σ, 89. Φ, 457. Ψ, 560. Ω, 151 (= ib. 180). Ρ, 737. Π, 460. Θ, 192. Υ, 272. Ν, 571. Ψ, 92. Λ, 72. Π, 143 (= Τ, 390). ib. 222. Π, 449. Τ, 293. Ζ, 290. Μ, 29. Δ, 187 (= ib. 216). Ν, 82. Ν, 390 (= Π, 483). Σ, 208. Ψ, 616. Ε, 795. Η, 452 (?). Γ, 238. Β, 262. Κ, 12. Ο, 388. ib. 621. Π, 139. Σ, 485. Φ, 317. Ω, 341 (= ε, 45). Ε, 423. Μ, 56. Λ, 554 (= Ρ, 663). Β, 145. Δ, 432. Ε, 52. ib. 481. Η, 146. Ι, 364. ib. 400. Τ, 368. Ζ, 493. Υ, 299 (= Φ, 267. α, 67. δ, 479. ε, 161. λ, 133. μ, 344. π, 211. ψ, 280. χ, 39. ζ, 150. π, 381. ζ, 242. η, 209. ν, 55).

γ, 140. ω, 3. ι, 453. κ, 139. λ, 302. τ, 534 (= φ, 219. ψ, 74). υ, 3. ν, 126. δ, 66. ο, 460. χ, 51. ξ, 204. χ, 392. ib. 469. π, 188. κ, 493. τ, 161. χ, 429. α, 189. γ, 391. ib. 489 (= ο, 187). λ, 158. ν, 403. ω, 78. ο, 364. ϑ, 312. ε, 240. ζ, 59. λ, 125. ν, 60. ξ, 80. ο, 421. σ, 373. α, 338. ε, 321. ϑ, 280. ib. 440. ib. 545. ν, 41. ib. 369. ξ, 227. ο, 207. ψ, 6. τ, 250. ω, 210.

2. Ceteris hexametri locis serviunt aut ad *hiatum tollendum* (praeferuntur etiam, ubi hiatus ferri poterat):

Φ, 554. Β, 21. Σ, 383. Ω, 326. Η, 468. Λ, 270. Μ, 5. Δ, 219. Λ, 125. Ζ, 314. Λ, 831. Ν, 262. Ρ, 187 (= Χ, 323). Σ, 84. Χ, 341. Ω, 556. Ψ, 592.

η, 271. κ, 532 (= λ, 45). ξ, 226. φ, 418. ρ, 140 (= δ, 349). δ, 228. η, 235. ϑ, 428. τ, 18. φ, 13. ω, 335.

Μ, 464. Ω, 756. Λ, 152. Ξ, 410. Μ, 238. Π, 157. Η, 68. Τ, 339 (= ib. 349. 369. Θ, 6. Τ, 112. η, 187. ϑ, 27. σ, 352. φ, 276). Κ, 27. Ν, 220.

δ, 229. ib. 144. ϑ, 493. ω, 424. ω, 29. ν, 410. ε, 67. β, 390. ξ, 343. δ, 586. χ, 422.

Θ, 81. Ο, 530. Τ, 95. Φ, 35. Μ, 149. Ε, 192 (= Ξ, 299). Ξ, 490. Π, 171. Σ, 413 (= π, 13). Β, 346. Χ, 53. Ω, 37.

ε, 57. δ, 125. ρ, 22. φ, 43. ψ, 61. λ, 281. ρ, 557. ι, 223. υ, 95. π, 263. σ, 44. γ, 73 (= ι, 254).

I, 71. *Ψ*, 178. *I*, 644. ib. 592. *Ψ*, 20 (= ib. 180). ξ, 394.
aut ad *syllabam brevem producendam:*

Y, 479. *B*, 309. ib. 714 (= ib. 820). *O*, 112. *Π*, 180. *P*, 35. *Σ*, 81. *Ψ*, 211. *Ω*, 454. *Ψ*, 28. *Δ*, 319. *O*, 40. ib. 450 (= *P*, 292). *Y*, 146. *K*, 171.

δ, 160. ε, 210. ν, 263. τ, 266. υ, 368. ψ, 355. τ, 573. φ, 57. α, 23. ζ, 284. ν, 130. μ, 63.

N, 634. ib. 87. α, 344. δ, 816. κ, 195. ω, 209.

Δ, 234. *Y*, 289. *Ω*, 343. *E*, 746. *Ξ*, 166. ib. 338. *P*, 203. *Δ*, 392. *I*, 667. *Δ*, 353. *Ψ*, 808. *I*, 5. *Π*, 149. *B*, 865. *Δ*, 245. *E*, 783. *Θ*, 449. *Ψ*, 712. *Θ*, 225 (= *Δ*, 8). *Y*, 308.

σ, 273. π, 19. ψ, 250. κ, 394. φ, 17. ν, 60. η, 148. ξ, 383. η, 260.

Ω, 119 (= ib. 147. 176. 196.) σ, 166. α, 444.

Attamen etiam sine ulla causa metrica legitur:

H, 239. *Ω*, 449. *E*, 747. τ, 82. ϑ, 373. λ, 422. ε, 369, χ, 159. ϑ, 74. τ, 393. ϑ, 23.

II. ὅ nom. mascul. gen. semper in thesi adhibitum est, ubi ὅς per positionem cum vocabulo sequente syllabam longam efficeret.

Δ, 388. *Γ*, 351. ib. 354. *Δ*, 131. *Z*, 153. *H*, 114. *Θ*, 283. *Δ*, 649. *N*, 211. *O*, 468. *Π*, 54. *Φ*, 59. (= ib. 150. ξ, 221). *Φ*, 107. ib. 230. *X*, 432. ib. 480. *M*, 380. *N*, 561. ib. 644. *P*, 757. *Θ*, 291.

α, 300 (= γ, 198. 308). δ, 206. λ, 67. ib. 102. ρ, 385. υ, 372 (= ψ, 314). ψ, 360.

In arsi contra idem ab Aristarcho scriptum esse scimus, ne per ὅς accumulatio consonantium fieret.[1]

(cf. ὅ σφιν. ὃ χϑιζός),

Δ, 336. *H*, 367. *O*, 994. *Ψ*, 281. *Π*, 835. (*Δ*, 73. *H*, 326. dem.)

φ, 145. β, 262. 271.

---

1) cf. La Roche, die hom. Texteskritik im Alterth. pag. 88.

CAPUT II.

De pronomine ὅς τις.

Primum in universum ex numero exemplorum apparet ὅς τις minime a poetis homericis frequentatum esse. Invenitur enim omnino in duobus carminibus 164 locis, quocum conferas numerum relativorum ceterorum:

ὅς circiter 1250, ὁ 380, ὅς τε et ὅ τε 240.

Multo rarius pro ratione ceterorum relativorum adhibitum est in Iliade, quam in Odyssea; illic enim septies et sexagies, hic septies et nonagies. Unde efficitur, ὅς τις pronomine prioribus temporibus homericis Graecos uti coepisse, temporibus vero posterioribus jam magis magisque idem frequentasse.

§ 1. ὅς τις in interrogatione indirecta.

Jam vero quaeritur, quo modo ὅς τις natum sit, utrum in enuntiationibus subjunctis interrogativo τίς cum relativo ὅς, an anaphorico ὅς cum indefinito τὶς conjungendo. Adhiberi enim ὅς τις et ad interrogationem subjungendam et ad notionem pronominis anaphorici indefinitam reddendam satis notum est. Mihi quidem videtur ὅς τις anaphoricum prius fuisse. Exstat enim in Iliade anaphoricum 62 locis, interrogativum tantum quinque in formulis (ratio 12:1); in Odyssea contra anaphoricum 70, interrogativum vero 27 locis (ratio $2\frac{1}{2}$:1). Initio igitur certe praevaluit anaphoricum, paullatim demum increbruit interrogativum.

In Odyssea, structura interrogativa indirecta magis corroborata, etiam ὅς anaphoricum interdum perverse cum interrogativo ὅς τις commutatum esse verisimillimum est; bis enim illud cum hoc in interrogatione indirecta conjungitur:

κ, 110: . . . . ἐκ τ' ἐρέοντο
ὅς τις τῶνδ' εἴη βασιλεύς, καὶ τοῖσιν ἀνάσσοι.

et ϑ, 576: ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον,
ὅππῃ ἀπεπλάγχϑης τε καὶ ἅς τινας ἵκεο χώρας
ἀνϑρώπων . . . .
οἵ τε φιλόξεινοι καί σφιν νόος ἐστὶ ϑεουδής.
(cf. pag. 11).

Atque etiam ὅς solum in interrogatione adhibetur
δ, 740: ἐξελθὼν λαοῖσιν ὀδύρεται, οἳ μεμάασιν
ὃν καὶ Ὀδυσσῆος φθῖσαι γόνον ἀντιθέοιο.
ὅς τις interrogativum invenitur his locis:
Γ, 167 (=ib. 192): ἐξονομήνης, ὅς τις ὅδ' ἐστίν.
Π, 424: δαείω, ὅς τις ὅδε κρατέει.
Χ, 450: ἴδωμ' ὅτιν' ἔργα τέτυκται.
Λ, 612 (=ib. 650): ἔρειο ὅν τινα τοῦτον ἄγει.
ib. 219 (= Ξ, 509): ἔσπετε, ὅς τις δὴ πρῶτος.
α, 401. γ, 16, 18, 70. (= ϑ, 174). δ, 61. 138. 376. 380. (= ib. 469). 423. 714. η, 17. 197. ϑ, 28, 573.
ι, 89. (= κ, 101. π, 236). 402. κ, 44. 109. π, 257. 307. ϱ, 121. 363. ψ, 140.

§ 2. ὅς τις anaphoricum.

Et in Iliade et in Odyssea ὅς τις anaphoricum tum demum adhibitum est, quum re vera in eo inerat vis indefinita; itaque pendere solet

a) ex notionibus indefinitis τὶς, ἄλλος τις, ἄλλος, ἀνήρ, ἕκαστος.

b) collective in singulari sequitur formas plurales, si ex rebus compluribus singulae quaedam eligendae erant: Ἀχαιῶν, ἄλλοι, ἀνθρώπους—ὅς τις.

Duo tantum loci, ubi ὅς τις ad certas personas refertur, Ε, 175 et Ψ, 43, excipiendi sunt, sed posterioris aetatis esse videntur.

τὶς-ὅς τις: Η, 447. Κ, 20. Μ, 334. Ξ, 92. Υ, 363. ϑ, 32. ib. 240. μ, 60. τ, 347.

ἄλλος-ὅς τις: Μ, 268. Ι, 392. Ψ, 494 (= α, 47. ζ, 286. χ, 315).

ἀνήρ-ὅς τις: Δ, 540. Ν, 118. Ο, 490. α, 229. δ, 522. ϑ, 210. ο, 401.

ἔργον etc. -ὅττι κεν εἴπω: Α, 294. Β, 361. Ω, 92. τ, 378. υ, 115. τ, 406. Δ, 543.

ὅς τις refertur ad alias notiones indefinitas: Γ, 286. Ζ, 177, ib. 330. Θ, 37 (= ib. 467).

Α, 527. Κ, 44. Π, 50. Χ, 382. — (Ε, 175. Ψ, 43.). α, 316. δ, 600. ϑ, 550. τ, 403. β, 34. 350.

δ, 94. η, 150. κ, 39. λ, 74. ο, 448. ϱ, 53. 317. ε, 445.

ὅς τις ἄριστος: *P*, 62 (= κ, 522. λ, 30.). α, 280. π, 348. ϑ, 424.

ὅς τις distributive adhibitum: *H*, 50. Ἀχαιῶν ὅς τις ἄριστος. ο, 24. β, 294. λ, 179. π, 76. σ, 289. τ, 528. (cf. τ, 335.). ξ, 106. ω, 215; ἄλλοι ὅς τις Ἀχαιῶν: *Ψ*, 285. *Ω*, 752; similiter *Γ*, 279. *T*, 260. *O*, 731. *X*, 37. *P*, 631; ε, 448. ο, 34. μ, 40. (= π, 228. υ, 148.) χ, 415. ψ, 66. μ, 310. σ, 142. γ, 355.

§ 3. ὅς τις correlativum.

In correlatione rarissime tantum invenitur propterea quod ibi, ut supra pag. 12 et 13 demonstravimus, pronominum vis demonstrativa, non indefinita praevaluit. Saepius tamen invenitur tum, quum alterum pronomen in enuntiatione primaria omissum est. Tum vero ὅς τις plerumque nihil habet quo referatur, aut vi distributiva esse solet. Locos vid. supra pag. 9 et 15.

CAPUT III.

§ 1. De pronominibus relativis cum τὲ particula conjunctis.

Quid causae fuerit, cur Graeci τὲ particulam cum pronominibus relativis conjunxerint, jam saepe ac varie viri docti exposuerunt. Nemo tamen hodie usque huic toti quaestioni satisfecisse mihi videtur, quum suam quisque sententiam ex singulis tantum rebus repeteret. Omnes igitur quibus conjunctio illa invenitur locos accuratius persecutus quidnam eorum, quae alii senserunt, probandum, quidnam immutandum vel prorsus rejiciendum mihi videtur explicabo.

τὲ particulam (sct. *k'a*, lat. *que*, osc. *p* in *nei-p* (nêve), got. *h* in *ni-h* (neque) [1]) quum ejusdem sit stirpis atque τὶς τι, *quis quid*, quae a radice *ki* ducantur, in notione indefinita natam esse nunc inter omnes constat. Accepit deinde compluribus in linguis vim particulae copulativae. De ὅς τε igitur sive ὅ τε duae sententiae viros doctos distinent.[2]) Alii

1) Curtii Grundz. pag. 444 (*k* sonus vetus servatus est in dor. ὅ κα, τό κα pro ὅτε, τότε).

2) Kruegeri opinio (Poet. dial. Synt. § 51, 8. A. 2), τὲ eandem formam esse atque δή („τὲ ist vermuthlich ein Synonymon von δή wie in dem

enim alteram antiquitus pervulgatam secuti τὲ sive aliis vocabulis sive pronominibus relativis annexum erat, vi esse copulativa, alii contra idem e natura principali cum pronominibus relativis ad vim eorum indefinitam exprimendam conjunctum esse docent.

Ex his commemorandus est G. Hermannus, qui adnotavit ad Soph. R. vers. 688: „ὅς τε proprie significat *quique*, quod non plane idem est ut καὶ ὅς, *et qui*. Nam καί atque *et* conjungunt ea, quae ut necessario quodam modo copulata cogitari volumus, τὲ autem et *que* quae fortuito, nulla necessitate consociantur .... Hinc τὲ et *que* saepissime lenius id significant, quod fortius *omnino*, *caeterum*, *fere* dixeris. Atqui *qui fere* est *quicunque*. In reddenda autem ratione ὅς τε, fortius indicata significatione, est *qui omnino*, i. e. qui, quoquo modo rem spectes.“

Similiter rem explicavit Baeumlein [1]), qui neget causam hujus singularis τὲ particulae usus ex conjungendi ejus vi repeti posse.

Postremo vero horum virorum auctoritate nisus Kvičala commentatione de pronominibus [2]) non solum de ὅς τε et ὅ τε, sed etiam de ὥς τε, ὅτε, τότε atque τίς τε (*quisque* et *ecquis*) eandem sententiam protulit latiusque exposuit. [3]) Cui tamen assentiri nequeo.

1) Atque primum quidem ὅς τε et ὅ τε in 239 exemplis homericis octo tantum e natura sententiarum re vera vi indefinita sunt (in Iliade quattuor, tantidem in Odyssea). [4]) Quod si Kvičala opinatur, ὅς τε et ὅ τε hanc notionem indefinitam diuturnitate temporis sensim amisisse aeque atque ὅς τις temporibus posterioribus in prosa oratione, fieri quidem hoc potuit, exemplis vero minime probatur. Pauca enim illa Iliadis exempla, quae τὲ particulae vim indefinitam praebent, omnia fere reperiuntur in carminibus posteriore aetate com-

---

Herodoteischen ἐπείτε fuer ἐπειδή“), quae omni fundamento careat, omitti potest, neque enim τὲ neque tota indefinita stirps *ki* vestigia demonstrationis jam praebet.

1) de Partic. pag. 233.

2) Ztschr. f. d. oesterreich. Gymnas. 1864. VI. Heft.

3) In eadem opinione fuit Ameisius, Anhang ad α, 50 (aliter vero nunc sensit Hentzius in edit. altera).

4) cf. pag. 33.

positis, in Odyssea autem e ratione numerorum (4:91) plura sunt indefinita quam in Iliade (4:148). Quid igitur? Nonne inde rectius efficitur ratio adversa, vim indefinitam τὲ particulae aetate esse posteriorem?

2) Bis τὲ etiam ad ὅς τις pronomen indefinitum additur, ubi de duplici indefinitae rei significatione cogitari nequit.[1])

3) ὅς τε si fuisset indefinitum, locum habuisset in enuntiationibus relativis iis, quae enuntiationes, unde pendent, antecedunt. Ibi enim, ut supra pag. 12 sq. commemoravimus, pronomina relativa propius ad notionem indefinitam accedunt. Atqui his in enuntiationibus, quae quinquaginta apud Homerum reperiuntur, nunquam fere ὅς τε aut ὅ τε insunt. (Quae excipienda videantur vid. infra pag. 34).[2]) Quod quo modo fiat explicari non potest, si pro indefinitis illa habentur.

4) Eadem relativa deinde jure exspectemus in enuntiationibus iis, quarum primariae carent pronominibus demonstrativis (correlativis), ubi pronomina relativa item prope accedunt ad notionem indefinitam vel interrogativam (cf. supra pag. 11). At unum tantum tale exemplum in Iliade exstat (O, 131. cf. pag. 34), quum ὅς simplex talibus in enuntiatis inest in Iliade bis et quadragies, in Odyssea bis et quinquagies.

5) Contra inde quod ὅς τε paucis locis exceptis non invenitur nisi in enuntiationibus relativis iis, quae primarias aut substantivum regens sequuntur, haud dubie colligi licet, τὲ ad pronomen relativum additum esse eo consilio, ut enuntiationem secundariam cum primaria artius conjungeret. Quod qui fieri potuerit accuratius inquirere non nostrum est. Sufficit enim nobis, quod τὲ = lat. *que* vi copulativa esse constat. Id vero explicari necesse est, quo modo quoque consilio haec particula copulativa addi potuerit ad pronomen relativum, quod ex sensu nostro et posteriorum Graecorum tali additamento prorsus carere posset. Nuper de hac re quaestionem instituit Delbrueckius[3]), qui nisus 24 circiter exemplis, quae continentur collectione ejus enuntiationum conjunctivo et optativo compositarum, arbitratus est τὲ particulam copulativam cum pronomine relativo non

1) Ψ, 42. K, 208. cf. infra pag. 33. not. 1.

2) η, 74. σ, 276.

3) Delbr. & Windisch pag. 51.

conjungi nisi in enuntiationibus relativis iis, quas dicit „prioriscbe" (i. e. in iis[1]), quae contineant res ex ratione aut temporis aut logices actionem enuntiationis primariae antecedentes), nunquam vero in enuntiationibus iis, quas dicit „posteriorische". Nam quum hae ad naturam enuntiationum primariarum ex se ipsis aptarum (selbstständiger (Haupt)sätze) proxime accedant, illas subordinatas esse facillime mente percipi. His igitur τὲ ita additum esse, ut etiam oculis et auribus artior illa enuntiationum duarum cohaerentia sentiretur. Intra has enuntiationes, quae „priorische" dicantur, ὅς τε praecipue locum habere in iis, quae similitudines contineant (Gleichnisssaetze); ibi enim enuntiationes relativas affere id, quod imaginem satis demum illustret et repraesentet („den unentbehrlichen Zug"). τὲ igitur, quum has enuntiationes relativas cum rebus, quae conferantur, artius conjungat, ad enuntiationem primariam explicandam adhibitum esse; quam vim explicativam etiam amplificari ῥὰ particula addita.

Huic explicationi aliquantum veri certe inest, quamquam modificanda mihi videtur.

1) Primo enim confirmo, ὅς τε et ὅ τε in uno enuntiationum earum, quae „priorische" dicuntur, genere haud parvo, conditionalium, in universum non inveniri.[2]) Quod quomodo explicetur frustra quaeras.

2) Pauca illa exempla, quae Delbrueckius intuebatur, cuncta quidem causam aliquam ad enuntiationem primariam afferre ex modo verbi apparet. Sunt autem permulta alia, ubi quae sit sententiarum ratio logica vel utra actio sit prior an posterior minime intelligatur. Neque semper necessariae sunt tales enuntiationes ad primariam explicandam, sed saepe plus minusve otiosae, quippe quae notionem aliquam copiosa loquacitate circumeant. De logica igitur necessitudine cogitare nequeas; e. g. Α, 237:

νῦν αὖτέ μιν υἷες Ἀχαιῶν
ἐν παλάμῃς φορέουσι δικασπόλοι, οἵτε θέμιστας
πρὸς Διὸς εἰρύαται —

1) Delbr. & W. pag. 35.
2) Quae excipienda sint vid. infra pag. 34.

ubi *δικασπόλοι* vocabulum notionem jam satis claram continet, ut enuntiatione relativa, quae neque causam neque conditionem neque consilium afferat, prorsus carere possimus. Talia sunt alia: *Τ*, 259. ib. 105. *Ν*, 547. *Ω*, 616. *Ξ*, 217. *Ε*, 876. *Ο*, 621. *Σ*, 485. *Ο*, 144. *Ε*, 545.

3) *τὲ* si adhibitum esset ad adjungendas enuntiationes arte et necessario cum primariis cohaerentes, locum haberet in enuntiatis correlativis, ubi primaria sine secundaria plerumque non esset sententia satis clara et perfecta. In his autem nunquam fere reperitur (cf. infra pag. 34).

4) Quae quum ita sint, *τὲ* particulam, quum ad necessitudinem logicam, quae sit inter enuntiationes primarias et secundarias, oculis et auribus significandam adhibita sit, signum esse hypotaxis concedere non possumus. Accedit quod e contrario haud scio an rectius quispiam contendere possit: ubi primum quam arte enuntiatis secundaria cum primaria cohaereret ab hominibus clare intellectum esset, *τὲ* particula copulativa non opus fuisse. Atque jure, quamquam frustra quaeras, cur hypotaxis signum semel bene inventum postea dejectum sit. Quod si Kvíčala (pag. 398) arbitratur, *τὲ* certe ad hypotaxim nihil pertinuisse, ei assentiri non dubito.

Mihi vero res sic explicanda videtur. Particula copulativa *τὲ* olim et ad alias enuntiationes adjungendas adhibita est et ad eas, quae nunc nobis relativae videntur esse, tum vero, quum pronomina erant demonstrativa (anaphorica), re vera cum ceteris erant coordinatae. Quo clarius deinde alias aliis enuntiationibus subjunctas esse homines sentiebant, eo rarius *τὲ* particula cum pronominibus anaphoricis conjungebatur. Temporibus autem homericis hoc fieri solebat solis in iis enuntiationibus, quae sententias continebant universas vel omnibus notissimas, quia res et actiones earum ubique et crebro repetuntur.[1]) Minime vero cum enuntiationibus primariis ex ratione logica arte cohaerebant, sed a poetis adhibebantur ad sententias vel notiones illustrandas et exornandas. *τὲ* igitur ipsum accepit paullatim vim explicativam, ut prope accederet ad lin-

1) Id quod apparet etiam ex aoristo saepissime adhibito: *Ν*, 102. ib. 157. *Ε*, 522. *Η*, 209. *Ω*, 616. ib. 758. *Ξ*, 217. *Ψ*, 432.

guae nostrae non inusitatum „und (der ist) ja bekanntlich“ sive „und (der) naemlich“; e. g. *Α*, 278:

ἐπεὶ οὔ ποϑ' ὁμοίης ἔμμορε τιμῆς
σκηπτοῦχος βασιλεύς, ᾧ τε Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν —
. . . und dem verleiht ja bekanntlich Zeus den Ruhm.

Η, 112: *μήδ' ἔϑελ' ἐξ ἔριδος σεῦ ἀμείνονι φωτὶ μάχεσϑαι,*
Ἕκτορι Πριαμίδῃ, τόν τε στυγέουσι καὶ ἄλλοι —
und den fuerchten ja bekanntlich auch Andere.

Ξ, 344: *οὐδ' ἂν νῶϊ διαδράκοι Ἠέλιός περ,*
οὗ τε καὶ ὀξύτατον πέλεται φάος εἰσοράασϑαι —
nicht einmal Helios soll uns erblicken,
und dessen Auge ist ja bekanntlich das schaerfste zum Durchschauen.[1])

Atque ex hac natura explicativa *τὲ* suum locum habet, ut Delbrueckius jam intellexit, praecipue in similitudinibus.

e.g. *N*, 242: *βῆ δ' ἴμεν ἀστεροπῇ ἐναλίγκιος, ἥν τε Κρονίων*
χειρὶ λαβὼν ἐτίναξεν ἀπ' αἰγλήεντος Ὀλύμπου,
δεικνὺς σῆμα βροτοῖσιν . . . .
und er schritt daher gleich dem Blitzstrahl, (und) den schleudert ja bekanntlich sehr oft (sive pflegt zu schleudern), mit der Hand ihn erfassend, herab vom strahlenden Olymp Kronion.

Ξ, 398: *οὔτ' ἄνεμος τόσσον γε ποτὶ δρυσὶν ὑψικόμοισιν*
ἠπύει, ὅς τε μάλιστα μέγα βρέμεται χαλεπαίνων —
auch nicht der Wind braust also in den hochbelaubten Eichen, und der bruellt ja bekanntlich, sive und der bruellt nämlich gar maechtig, wenn er wuethet.

Ex omnibus inter se collatis exemplis computavi plus centum (105) *ὅς τε* sive *ὅ τε* in illis exstare (in Iliade sola 88; cf. pag. 29). *ῥά* vero additum vim explicativam in similitudinibus amplificavit, quod etiam alias cum pronomine relativo explicative conjungi solebat, e. g. *ϑ*, 225: *Νέστωρ ὅς ῥα Πύλοιο κ. τ λ.*

---

1) Cavendum vero est, ne *τὲ* prorsus idem esse putes atque nostrum *und*, quod quum multo gravius conjugat, tam facile in locum illius substitui nequeat. — Vis explicativa enucleate etiam ex adv. *ἅ τε* (= quippe) apparet, quod eam semper servavit.

cf. O, 410: ἀλλ᾽ ὥς τε στάθμη δόρυ νήιον ἐξιθύνει
τέκτονος ἐν παλάμῃσι δαήμονος, ὅς ῥά τε πάσης
εὖ εἰδῇ σοφίης ὑποθημοσύνῃσιν Ἀθήνης —
. . . . in den Haenden des erfahrenen Schiffbauers, „der naemlich" die ganze Kunst gruendlich versteht.

Haec explicatio nostra, si recta est, nemo miretur, quod τὲ paullatim plane evanescebat. Hoc enim, quippe quod ad sententias recte intelligendas omnino non necessarium esset, quo magis enuntiationum subjunctio valere incipiebat, eo rarius jam adhibebatur, similiter atque similitudines ipsas jam posterioribus temporibus homericis, quo minus hae viribus mentis corroboratis opus essent, eo rarius a poetis (Odysseae) usurpatas esse constat.

Etiam prius ὅς ῥά τε abolescere oportuit, quum haec particularum coacervatio etiam gravior esset quam τὲ simplex. Exstat conjunctio illa in Iliade *decies septies*, in Odyssea tantum *quater* (si excipiuntur duo exempla, quae Iliadis locum imitari videntur (cf. pag. 32), semperque fere in similitudinibus; restitit igitur non nisi in formulis vetustissimis et jam ipsis temporibus homericis fere evanuit.

Ad explicationem nostram etiam Kvičala [1]) prope accedit, quum dicit de ὥς τε: „τὲ in ὥς τε bezeichnet, dass der Dichter bei der Anwendung des Bildes (in Gleichnissen) zwar an einen einzelnen Fall denkt, der aber in Wirklichkeit nicht blos ein einziges Mal stattfindet, sondern einer Wiederholung faehig ist, sodass ein solcher Vergleich zugleich das Gepraege der Allgemeinheit traegt". At inde ei colligere non licuit, τὲ significare notionem indefinitam sive generalem pronominis aut conjunctionis relativae, sed potius generalem sententiam. Personae enim et res agentes aut modus agendi prorsus certa et definita, actiones vero ubique et crebro fieri omnibusque notissimae esse possunt. [2])

---

1) l. l. pag. 400.

2) De adverbiis ὅτε, ἅτε, οἷόν τε, ὅσον τε, ὥς τε, ἤ τε, εἴ τε quum sententia nostra de τὲ particula difficilior sit exemplis probatu, uberior commentatio in proximum tempus nobis reservanda est. Pauca tamen breviter praemoneamus:

1. adverbia relativa illa, quae praemature vigorem vimque principalem amiserant, ut vix interdum quinam casus fuerint cognosci possit,

§ 2. τὲ cum pron. relativo conjunctum temporibus homericis jam abolescere efficitur.

1) ex exemplorum numero et verborum compositione.

τὲ cum pronominibus relativis conjuncti apud Homerum demptis iis qui cum aliis congruunt locis, 239 inveniuntur exempla, 148 in Iliade, 91 in Odyssea. Qui numeri sunt haud parvi momenti, quippe qui doceant primo, quam raro τὲ cum pron. relativo pro numero relativorum simplicium (circiter 1640 cf. pag. 16 sqq.), conjunctum sit; deinde vero, quanto haec conjunctio verborum intra temporis spatium, quod inter nascentem Iliadem et Odysseam intercesserit, jam aboleverit. Id quod etiam clarius apparebit, si exempla accuratius inter se contuleris. Invenies enim magnam verborum aut eorundem aut similium eadem structura metrica inter se conjunctorum copiam, quae explicare nequeas nisi ita, ut formulas quasdam exstitisse statuas, quibus paululum, quae esset sententia, immutatis poetae posteriorum temporum iterum ac saepius uterentur. Dico verba talia qualia sunt ὅς τε μάλιστα, οἵ τε μάλιστα (octies variata), οἵ τε καθ' ὕλην, αἵ τε καθ' ὕλην (quatter), ᾧ τε Ζεύς, τῇ τε Ζεύς κ. τ. λ. Quae formulae inveniuntur omnino 32; enuntiata autem varia iis formata collegi 128, quorum continet Odyssea 47. Haec igitur, quibus poetas tantum imitatos esse antiquiora exempla Iliadis consentaneum est, si de numero modo constituto detraxeris, restant in Odyssea nova et propria poetarum posteriorum ingenio ficta tantum 26, in quibus ὅς τε; 4, in quibus ὅς ῥά τε; 14, in quibus ὅ τε inest, ut omnino in hoc carmine 44, in Iliade contra 99 inter se discrepantia exempla exstent. Hos numeros si contuleris cum numero relativorum

---

jam pridem cum τὲ particula coaluisse videntur; postremo hae formae compositae, amissa plerumque significatione principali, simplicium, quae nimis debiles essent, vice fungebantur. (Memineris e. g. quam raro ὅ adverbium (= ὅτε) apud Homerum jam adhibitum sit.)

2. τὲ jam vetustissimis temporibus cum adverbiis illis relativis coaluisse apparet ex eo, quod raro vel nunquam cum iis, quae sine dubio posteriore aetate orta sunt, εἰς ὅ, οὕνεκα, ἐξ οὗ conjunctum est.

simplicium (930 circiter in Iliade, 700 in Odyssea), invenies hanc rationem:

in Iliade 99:940 sive 1:9;
in Odyssea 44:700 „ 1:16.

Qui numeri testantur, usum τὲ particulae cum pron. relativis conjunctae jam temporibus homericis amitti coeptum esse.

Conferas collationem quae sequitur.[1])

I. Formulae iisdem verbis compositae.

Iliadis:	Odysseae
*Ε, 5 ὅς τε μάλιστα	ϑ, 582 οἵ τε μάλιστα
*Ξ, 339 „ „ „	μ, 289 „ „ „
	*ν, 93 ὅς τε „
	ξ, 284 „ „ „
	α, 283 ἥ τε „ (= β, 217).
	λ, 200 „ „ „
*Γ, 151 οἵ τε καϑ' ὕλην	ι, 120 οἵ τε καϑ' ὕλην.
*Κ, 184 ὅς τε „ „	
*Ν, 102 αἵ τε „ „	
*Ε, 522 ἅς τε Κρονίων,	δ, 207 ᾧ τε Κρονίων.
*Δ, 27 „ „ „	
*Η, 209 οὕς „ „	
*Ν, 242 ἥν „ „	
*Μ, 133 αἵ τ' ἄνεμον.	ν, 99 αἵ τ' ἀνέμων.
*ib. 157 ἅς „	
Δ, 442 ἥ τ' ὀλίγη.	ϑ, 547 ὅς τ' ὀλίγον.
*Μ, 423 ᾧ τ' ὀλίγῳ.	
Ο, 144 ἥ τε ϑεοῖσι	ε, 101 οἵ τε ϑεοῖσι
	ib. 119 „ ϑεαῖς
	υ, 112 ὅς „ ϑεοῖσι = χ, 346.
	*ϱ, 578 „ „ ϑεῶν ἐξ
	*τ, 109 „ „ ϑεουδής.
Ν, 484 ὅ τε κράτος = Ι, 39.	ε, 4 οὗ τε κράτος.
Δ, 279 ᾧτε Ζεύς	σ, 273 τῆς τε Ζεύς.
Ι, 117 ὅν τε „	τ, 161 τῷ „ „

1) Signum * significat locos, qui similitudines continent (Gleichnisssaetze).

Ε, 52 *τά τε τρέφει*	*ξ*, 223 *ἥ τε τρέφει.*
Λ, 779 *ἅ τε ξείνοις*	*ι*, 268 *ἥ τε ξείνων.*
**Π*, 8 *ἥ θ' ἅμα.*	*τ*, 521 *ἥ τε θαμά*
**Φ*, 253 *ὅς* „	
**Υ*, 165 *ὅν τε καί*	*φ*, 87 *ᾗ τε καὶ ἄλλως*
Ξ, 165 *οὗ* „ „	ib, 293 *ὅς τε* „ *ἄλλους* = *ν*, 213.
Ι, 553 *ὅς* „ „ *ἄλλων.*	*υ*, 187 „ „ „ = *π*, 227.
Ρ, 177 „ „ „ *ἄλκιμον*	
*ib. 749 „ „ „ *ἰφθίμων*	
**Β*, 470 *αἵ τε κατά*	**ε*, 52 *ὅς τε κατά.*
Ν, 138 *ὅν* „ „	
Ψ, 227 „ *μετά.*	
**Ι*, 15 *ἥ τε κατ'* = *Π*, 4.	
**Ω*, 81 „ „ „	
**Λ*, 298 „ *καθαλλομένη*	
Κ, 258 „ *καταῖτυξ.*	
Ω, 744 *οὗ τε κεν αἰεί.*	*φ*, 155 *οὗ θ' ἕνεκ' αἰεί.*
ib. 651 *οἵ τέ μοι αἰεί.*	*δ*, 319 *οἵ τέ μοι αἰεί.*
	χ, 357 *ὅς τέ μευ* „
	κ, 330 *ὅν* „ *μοι* „
	ν, 300 *ἥ* „ *τοι* „
	α, 91 *οἵ* „ *οἱ* „
	ib. 341 *ἥ* „ *μοι* „
Μ, 236 *ἅς τε μοι αὐτός,*	*ν*, 336 *ἥ τέ τοι αὔτως.*
Ι, 521 *οἵ* „ *σοι αὐτῷ.*	*π*, 208 *ὅς τέ με αὐτήν.*
Ω, 242 *ὅς* „ *οἱ αὐτῷ.*	
ib. 729 „ „ *μιν αὐτήν.*	
Η, 298 *αἵ τέ μοι εὐχόμενοι.*	*γ*, 207 *οἵ τέ μοι ὑβρίζοντες*
Ο, 468 *ὅ τε* „ *βίον*	*δ*, 105 *ὅς τέ μοι ὕπνον.*
Τ, 88 *οἵ* „ „	*ψ*, 8 *οἵ* „ *οἱ οἶκον.*
**Λ*, 550 „ „ *μιν.* = *Ρ*, 659.	*ξ*, 221 *ὅ τέ μοι εἴξειε.*
	β, 254 *οἵ τε οἱ ἐξ ἀρχῆς* = *ϱ*, 69.
Ο, 37 *ὅς τε μέγιστος.*	*ε*, 185 *ὅς τε μέγιστος.*
**Ρ*, 21 *οὗ* „ „	
Ε, 332 *αἵ τ' ἀνδρῶν.*	
Ω, 343 *τῇ τ' ἀνδρῶν* = *ε*, 47. *ω*, 3.	*β*, 60 *ἥ τ' ἀνδρῶν.*
ib. 45 *ἥ τ' ἄνδρας*	

Ε, 747 *τοῖσίν τε κοτέσσεται.* = *Θ*, 391. *α*, 101.
**Π*, 157 *τοῖσίν τε περὶ φρεσίν.*

ε, 67 *τῇσίν τε θαλλάσσια.*

**Γ*, 161 *ὅς τ' εἶσιν.*
**Η*, 209 „ „
**Χ*, 309 „ „

**ζ*, 131 *ὅς τ' εἶσ' ὑόμενος.*

In Iliade sola reperiuntur:

Η, 112 *τόν τε στυγέουσι καὶ ἄλλοι* = *Ο*. 167. 183.
Υ, 65 *τά* „ „ „ „
Ρ, 203 *τήν* „ *τρομέουσι* „ „

**Γ*, 4 *αἵ τ' ἐπεί* **Ο*, 363. *ib. 680. **Ρ*, 658. **Ω*, 42. **Δ*, 244.

**Μ*, 146 *τώ τ' ἐν ὄρεσσιν.*
**Π*, 353 *αἵ τ'* „ „
**Ρ*, 282 *ὅς τ'* „ „
**Ξ*, 290 *ἥν τ'* „ „

**Ν*, 197 *ἥ τ' ὄρεος.*
**Π*, 824 *ὥ τ'* „

**Ν*, 571 *τόν τ' οὔρεσι*
*ib. 390 *τήν τ'* „

**Ν*, 300 *ὅς τ' ἐφόβησε* cf. *Δ*, 173.
**Π* 583 „ „

**Ν*, 472 *ὅς τε μένει.*
**Ο*, 620 *ἥ* „ „

**Α*, 89 *ᾧ τε σύ Κάλχαν.*
Ξ, 198 „ „ „ *πάντας*

**Ο*, 578 *ὅς τε κύνα*
**Χ*, 29 *ὅν τε κύν'.*

In Odyssea sola reperiuntur:

δ, 708 *αἵ θ' ἁλὸς ἵπποι.*
ib. 608 *αἵ θ' ἁλὶ κεκλίαται.*

II. Exempla singularia.

ὅς τε: *Ι*, 396. ib. 514. **Ο*, 306. *Τ*, 259. **Ρ*, 725, *Ν*, 547. *Ω*, 616. **Ν*, 336. *Ξ*, 217. *Ε*, 876. *Τ*, 105. **Ψ*, 432. **Γ*, 198. **Ε*, 58. ib. 545. *Δ*, 84 (= *Τ*, 224). *Ω*, 291. *Ε*. 467. **Μ*, 299. **Ο*, 283. *Κ*, 146. **Α*, 475. *ib. 173. *Ρ*, 249. **Υ*, 253. *Α*, 238. **Ω*, 758. **Σ*, 209. *Υ*, 8. *Χ*, 160. ib. 116. **Ψ*, 761. **Π*, 768. *Τ*, 42. **Ε*, 525. **Π*, 752. *Τ*, 222. **Ο*, 579. *Ρ*, 174. *Α*, 383.

γ, 136. *δ*, 691. *η*, 217. **ι*, 323. ib. 84. *ψ*, 246. **τ*, 207. *η*, 165 (= 181). *χ*, 138. *σ*, 168. ib. 276. **ϑ*, 524. **ψ*, 234. *α*, 348.

α, 52 (= δ, 385). χ, 395. ψ, 11. *ν, 31. *π, 217. γ, 435. ι, 110. ib. 168. ϑ, 162. ϱ, 423. η, 74. σ, 276.

ὅς ῥά τε: *Γ, 61. *N, 63. P. 549. *X, 23. *ib. 27. *Ψ, 517. *N, 796. *Φ, 494. *E, 137. *Φ, 283. *Π, 590. *T, 31. (= Ω, 415). *P, 134. *Σ, 319.

*O, 411. *ὅς ῥά τε πάσης.*

*ο, 319 *ὅς ῥά τε πάντων.*

μ, 39 *αἵ ῥά τε πάντας.*

Δ, 483 *ἥ ῥά τ' ἐν εἰαμενῇ.*

*O, 631 *αἵ* „ „ „

*ι, 187. χ, 403. *δ, 361. λ, 414.

ὅ τε: *O, 580. P, 757. *Λ, 270. I, 5. O, 621. *P. 737. B, 262. E, 481 (= ψ, 5). Σ, 485. *E, 783 (= H, 257. σ, 373). *Ψ, 712. *Λ, 554 (= P, 663).

β, 390. γ, 78. ξ, 366. *χ, 469. ξ, 226. ε, 438. ϑ, 558. ν, 60. ν, 410. κ, 493. λ, 125. (= ψ, 272). ξ, 80. α, 338. μ, 63.

2) τὲ cum pronominibus relativis conjunctum exolescere temporibus homericis efficitur ex ratione metrica

Nunquam fere *τὲ* cum pron. rel. conjunctum reperitur, nisi necessarium est ad versum componendum, ut vel syllabam antecedentem producat, vel hiatum tollat, vel ipsum syllabam brevem aut longam praebeat. (Unde excipienda sunt 5 tantum exempla, 4 in Iliade, 1 in Odyssea; quorum tria N, 390. Ξ, 290. M, 157 instituunt similitudines, in quibus *τὲ* saepissime reperitur, atque imitari videntur initia similia aliarum similitudinum, ubi *τὲ* e ratione metrica est; cf.

N, 390 *τήν τ' οὔρεσι* conferas cum N. 571 *τόν τ' οὔρεσι.*
Ξ, 290 *ἥν τ' ἐν ὄρεσσιν* „ „ M, 146. Π, 353. P, 282.
M, 157 *ἅς τ' ἄνεμος* „ „ M, 133. ν, 99.

Causam, cur *τὲ* Ξ, 276 et τ, 207 scribatur neque deleatur nescio. —

Quae quum ita sint, etsi nemo repetat ineptum illud et absurdum, *τὲ* metri causa ad pron. relativum additum esse, quum carmina homerica ex ipsa natura et indole populi enata a principio nihil a lege ac consuetudine dicendi alienum recipere possent, id tamen nobis colligere liceat, *τὲ* particulam, quae ex natura sua explicativa non necessarie conjungenda

esset cum pronomine relativo (quod etiam solum ad sententiam recte intelligendam sufficeret), juxta hoc tum jam minus placuisse, ut nisi ad versus componendos necessaria esset, a poetis non servaretur. Hoc clare cognoscas etiam ex duobus Iliadis locis, quorum uterque eandem sententiam verbis paululum immutatis exprimit, in altero vero τὲ metri causa omissum, in altero appositum est:

T, 105: τῶν ἀνδρῶν γενεῆς οἵ θ᾽αἵματος ἐξ ἐμεῦ εἰσίν.
ib. 111: τῶν ἀνδρῶν, οἳ σῆς ἐξ αἵματός εἰσι γενέθλης.

§ 3. Quae sint excipienda.

Si ὅς τε et ὅ τε, ut demonstrasse mihi videor, jam intra ipsa tempora homerica exolescebant, quis et qui miretur, posterioribus temporibus haec vocabula notionem propriam ac principalem sensim mutasse? Grammatica enim comparativa, quae dicitur, docet formas in lingua aliqua exolescentes, priusquam plane evanescant, contra naturam et leges principales, quum conscientia earum amittatur, aliquamdiu solere perverse adhiberi. τὲ igitur, vi copulativa amissa, cum pron. relativis in unum verbum coalescebat atque haec forma composita, ut adverbia ὅτε, ὥς τε κ. τ. λ., in notionem relativi simplicis delabebatur, ut, si ad metrum formandum opus erat, adhiberi posset pro simplici ὅς [1]), sive vi indefinita, sive conditionali, sive finali, sive correlativa. Quod quidem eo facilius fieri potuit, quum poetae formulas veteres, in quibus τὲ particula erat significatione principali, saepius ad verbum imitarentur neque notionem illam etiam tum intelligerent.

ὅς τε et ὅ τε 1) vi indefinita [2]), ex mea quidem sententia sunt his locis: *I*, 520. *K*, 146. *E*, 52. ib. 480. ξ, 80. ψ, 5. ξ, 221. ϱ, 423.

1) Sola analogia poetae aetate posteriores inducti esse videntur, ut, sicut ad ὅς, ita etiam ad ὅς τις τὲ adderent, ubi hoc neque vi indefinita neque explicativa esse potest:

Ψ, 43: οὐ μὰ Ζῆν᾽, ὅς τίς τε θεῶν ὕπατος καὶ ἄριστος —
K, 208: ἤ τινά που καὶ φῆμεν ἐνὶ Τρώεσσι πύθοιτο,
ἅσσα τε μητιόωσι μετὰ σφίσιν, ἢ μεμάασιν.

2) *I*, 520: κρινάμενος κατὰ λαὸν Ἀχαικόν, οἵ τε σοι αὐτῷ
φίλτατοι Ἀργείων.
K, 146: ὄφρα καὶ ἄλλον ἐγείρομεν, ὅν τ᾽ ἐπέοικε
βουλὰς βουλεύειν, ἢ φευγέμεν ἠὲ μάχεσθαι.
E, 52: βάλλειν ἄγρια πάντα, τά τε τρέφει οὔρεσιν ὕλη.
ib. 480: κὰδ᾽ δὲ κτήματα πολλά, τά τ᾽ ἔλδεται ὅς κ᾽ ἐπιδευτής.

2) vi conditionali:[1]) *I*, 116. *E*, 747. *ϑ*, 546. *δ*, 206. *χ*, 138. — *ξ*, 85. — *η*, 74. *σ*, 276.

3) vi finali: *Ω*, 744:

οὐδέ τί μοι εἶπας πυκινὸν ἔπος, οὗ τέ κεν αἰεί μεμνῄμην . . .

4) in correlatione:[2]) *Ω*, 757. *E*, 332. (*H*, 452 rectius nunc legitur *τὸ ἐγώ* pro *ὅ τ' ἐγώ*). *ϑ*, 161. *δ*, 826. — *O*, 130 (suppleas *ταῦτα* — (*ἅ τε*), aut potius *ὅτι?*).

Respiciendi sunt libri, ubi loci illi exstant. Sunt enim plurimi posterioris aetatis: *I*, *K*, *Ω*; unus tantum locus est in *O*, quattuor vero in *E*. Hi quinque quomodo quandoque illati sint dijudicare non meum est, conferas tamen ea quae animadvertit de quinto Iliadis libro valde interpolato M. Hauptius in Lachmanni „Betrachtungen ueber Homers Ilias" pag. 106 sq.

Ceterum compluribus locis formulas quasdam veteres perversa imitatione expressas esse verisimillimum est. Nam *E*, 747 eadem est formula atque *Π*, 157; *I*, 116 eadem atque

---

ξ, 80: *ἔσθιε νῦν, ὦ ξεῖνε, τά τε δμώεσσι πάρεστιν.*
ψ, 5: . . . . *ὄφρα ἴδηαι*
ὀφθαλμοῖσι τεοῖσι, τά τ' ἔλδεαι ἤματα πάντα.
ξ, 221: *ἀνδρῶν δυσμενέων ὅ τε μοι εἴξειε πόδεσσιν.*
ρ, 423: . . . . *ἄλλα τε πολλά,*
οἷσίν τ' εὖ ζώουσι καὶ ἀφνειοὶ καλέονται.

1) *I*, 116: . . . . *ἀντί νυ πολλῶν*
λαῶν ἐστιν ἀνήρ, ὅν τε Ζεὺς κῆρι φιλήσῃ.
E, 747: *ἀνδρῶν ἡρώων, τοῖσίν τε κοτέσσεται ὀβριμοπάτρη.*
ϑ, 546: *ἀνέρι, ὅς τ' ὀλίγον περ ἐπιψαύῃ πραπίδεσσιν.*
δ, 206: *ἀνέρος, ᾧ τε Κρονίων ὄλβον ἐπικλώσῃ.*
χ, 138: *ἀνήρ, ὅς τ' ἄλκιμος εἴη.*
ξ, 85: *δυσμενέες καὶ ἀνάρσιοι, οἵ τ' ἐπὶ γαίης*
ἀλλοτρίης βῶσιν;
η, 74: *οἷσιν τ' εὖ φρονέῃσι, καὶ ἀνδράσι νείκεα λύει.*
σ, 276: *οἵ τ' ἀγαθήν τε γυναῖκα καὶ ἀφνειοῖο θύγατρα*
μνηστεύειν ἐθέλωσι . . . .
. . . . *αὐτοὶ τοί γ' ἀπάγουσι βόας κ. τ. λ.*

2) *Ω*, 757: *τῷ ἴκελος, ὅν τ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων*
οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν ἐποιχόμενος κατέπεφνεν.
E, 332: *οὐδὲ θεάων τάων, αἵ τ' ἀνδρῶν πόλεμον κάτα κοιρανέουσιν.*
ϑ, 161: *ἀλλὰ τῷ, ὅς θ' ἅμα νηὶ πολυκλήιδι θαμίζων,*
ἀρχὸς ναυτάων.
δ, 826: *τοίη γάρ οἱ πομπὸς ἅμ' ἔρχεται, ἥν τε καὶ ἄλλοι*
ἀνέρες ἠρήσαντο.
O, 130: *οὐκ ἀίεις ἅ τέ φησι θεὰ λευκώλενος Ἥρη.*

A, 279. Locis Odysseae *ϑ*, 546, *δ*, 206, *χ*, 138 cum *I*, 116 communis est eadem notio regens *ἀνήρ*. — *I*, 520 conferas cum *P*, 286, *M*, 236; *ψ*, 5 similis formula est atque *E*, 484; cum *ξ*, 85 prope convenit formula *P*, 725.

Permiri mihi videntur duo illi loci Odysseae *η*, 74 et *σ*, 275, ubi enuntiatio relativa cum pronomine relativo primariam antecedit. In Iliade tale exemplum non exstat.

Restat ut pauca addamus de locis nonnullis, ubi *ὅς τε* vi indefinita esse videtur, re vera tamen ex nostra sententia aliter explicandum est. Kvičala affert *ὅτε Π*, 54 exemplum notionis indefinitae („*ὅτε* = si quis, quicunque"); hic vero *ὅτε* rectius judicatur conjunctio causalis (= *ὅτι*).

Λ, 779: *ξείνιά τ' εὖ παρέθηκεν, ἅτε ξείνοις θέμις ἐστίν* *ἅτε* minime est notione indefinita sed explicandum: und solche (sc. *ξείνια παραθεῖναι*) ist es ja bekanntlich billig zu geben (cf. *ἣ γὰρ θέμις ι*, 268. *δ*, 691. Krueger poet. dial. Synt. § 61. 7. La Roche l. l. pag. 120).

Σ, 485: *ἐν δὲ τὰ τείρεα πάντα, τά τ' οὐρανὸν ἐστεφάνωται*: „jene bekannten Gestirne" (Faesi), die ja bekanntlich den Himmel bekraenzen.

P, 249: *ὦ φίλοι Ἀργείων ἡγήτορες ἠδὲ μέδοντες, οἵ τε παρ' Ἀτρείδῃς Ἀγαμέμνονι καὶ Μενελάῳ δήμια πίνουσιν* . . . die ihr ja bekanntlich bei den Atriden auf Kosten des Volkes trinket.

Δ, 361 (= *τ*, 348): *τὰ γὰρ φρονέεις, ἅ τ' ἐγώ περ*, non „quaecunque ego", sed „das, was *auch* ich gerade"; *τὲ* enim hoc loco pro *καί* aeque atque in *μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ Α*, 218. cf. Curt. gr. Gr. § 629. 5.

E, 477 vero, *ἡμεῖς δ' αὖ μαχόμεσθ' οἵ πέρ τ' ἐπίκουροι ἔνειμεν*, et *ξ*, 466: *καί τι ἔπος προέηκεν, ὅ πέρ τ' ἄρρητον ἄμεινον*, *τὲ* pertinet ad *πὲρ* particulam concessivam: „die wir doch nur Bundesgenossen sind", et „was doch gerade besser ungesprochen war." (Krueger § 71. A. 1 et § 67).

§ 4. *τὲ* apud pronomen relativum in enuntiationibus relativis inter se conjunctis.

Omnibus illis quos attulimus locis agitur de *τὲ* particula, quae enuntiationem subordinandam atque explicativam adjungit ad primariam. De hac vero discernenda est ea,

quae relativas cum relativis conjungit, ut non copulet eademque explicet, sed tantum copulet.

1) Hoc quidem maxime fit tum, quum etiam in priore enuntiatione relativa exstat τὲ, ut ὅς τε — ὅς τε inter se respondeant similiter atque conjunctiones ἤ τε — ἤ τε, εἴ τε — εἴ τε, ἐάν τε — ἐάν — τε, interdum etiam articuli (ἥ τε — τό τε Γ, 55; Ι, 320 ὅ τε — ὅ τε), vi quadam disjunctiva.

Β, 365 γνώσῃ ἔπειθ' ὅς θ' ἡγεμόνων κακὸς ὅς τέ νυ λαῶν,
ἠδ' ὅς κ' ἐσθλὸς ἔῃσι.

Ο, 137. *Μ*, 269. *Ν*, 278. *Φ*, 609. *Ι*, 320. *γ*, 185 (cf. pag. 10 sq.).

Semel in Odyssea etiam ἡμὲν ὅσοι — οἵ τε inter se respondent θ, 576 (cf. pag. 12).

Nec tamen ὅς τε — ὅς τε re vera inter se respondere mihi videtur, sed τὲ prioris relativi adjungere explicative enuntiationem relativam ad primariam potius putandum est duobus locis Iliadis:

Σ, 107: χόλος, ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι,
ὅς τε πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο
ἀνδρῶν ἐν στήθεσσιν ἀέξεται, ἠύτε καπνός.

(cf. ξ, 464, ubi enuntiatio prior sola exstat).

Π, 156 λύκοι ὣς
ὠμοφάγοι, τοῖσίν τε περὶ φρεσὶν ἄσπετος ἀλκή,
οἵ τ' ἔλαφον κεραὸν μέγαν οὔρεσι δηώσαντες
δάπτουσιν.

τὲ enim enuntiationem posteriorem cum priore etiam tum conjungit, quum huic τὲ prorsus deest:

Γ, 286: τιμὴν δ' Ἀργείοις ἀποτινέμεν ἥν τιν' ἔοικεν,
ἥ τε καὶ ἐσσομένοισι μετ' ἀνθρώποισι πέληται.

Ψ, 498. ϱ, 363. τ, 286. *Β*, 233.

Nunquam vero τὲ enuntiationem relativam adjungit, quum nulla alia antecedat; hic semper καί jam apud Homerum in locum ejus substitutum est, ut Γ, 278:

Ζεῦ .... Ἠέλιός θ' .... καὶ ποταμοὶ καὶ Γαῖα καὶ οἳ
ὑπένερθε καμόντας ἀνθρώπους τίνυσθον ....

itaque *Β*, 262 χλαῖνάν τ' ἠδὲ χιτῶνα, τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει... explicari non potest: „et quae“, sed „die ja bekanntlich die Scham umhuellen“ (cf. Ameis. Anh. ed. II).

2) τὲ juxta ὅς in priore enuntiatione relativa respondet καί particulae in posteriore bis in Odyssea:

π, 316 (= *τ*, 497. *χ*, 418): *ἀλλ' ἤτοι σε γυναῖκας ἐγὼ δεδάασθαι ἄνωγα,*
αἵ τέ σ' ἀτιμάζουσι καὶ αἳ νηλειτεῖς εἰσιν.
ο, 72: *ἶσόν τοι κακόν ἐσθ' ὅς τ' οὐκ ἐθέλοντα νέεσθαι*
ξεῖνον ἐποτρύνει, καὶ ὃς ἐσσύμενον κατερύκει,
ut similiter *ὅς τις . . . τὲ — καὶ ὅς* *I*, 392 [1]):
. . . ὁ δ' Ἀχαιῶν ἄλλον ἑλέσθω,
ὅστις οἷ τ' ἐπέοικε καὶ ὃς βασιλεύτερός ἐστιν.

Contra *τὲ* particula non respondet proximo *καί*, sed cum primaria enuntiatione secundariam conjungit eademque eam explicat, ubi in enuntiatione relativa posteriore pron. relativum post *καί* (sive *ἠδέ*) non iteratur, ut *T*, 42:
καί ῥ' οἵ περ τὸ πάρος γε νεῶν ἐν ἀγῶνι μένεσκον,
οἵ τε κυβερνῆται καὶ ἔχον οἰήια νηῶν
καὶ ταμίαι παρὰ νηυσὶν ἔσαν: „die ja bekanntlich Steuermaenner . . .“
P, 177: *ἀλλ' αἰεί τε Διὸς κρείσσων νόος αἰγιόχοιο,*
ὅς τε καὶ ἄλκιμον ἄνδρα φοβεῖ καὶ ἀφείλετο νίκην
ῥηιδίως: der ja bekanntlich auch einen tapferen Mann schreckt.
ψ, 8: *μνηστῆρας δ' ἔκτεινεν ἀγήνορας, οἵ τέ οἱ οἶκον*
κήδεσκον καὶ κτήματ' ἔδον βιόωντό τε παῖδα.
ν, 300: *Παλλάδ' Ἀθηναίην, κούρην Διός, ἥ τέ τοι αἰεί*
ἐν πάντεσσι πόνοισι παρίσταμαι ἠδὲ φυλάσσω,
καὶ δέ σε Φαιήκεσσι φίλον πάντεσσιν ἔθηκα.
[*Ω*, 45.]

vel ubi pronominis relativi vice fungitur pronomen tertiae personae in enuntiatione relativa posteriore, ut *Π*, 752:
οἶμα λέοντος ἔχων, ὅς τε σταθμοὺς κεραΐζων
ἔβλητο πρὸς στῆθος, ἑή τέ μ ι ν ὤλεσεν ἀλκή: und der wurde naemlich, die Stelle verwuestend, in die Brust getroffen, und ihn . . .

ξ, 85. *ι*, 110. *Π*, 768. *α*, 52. *P*, 749. cf. *Ξ*, 92 et *A*, 403.

---

1) Unum exemplum exstat, ubi respondent inter se etiam *ἠμὲν ὅτεῳ — καὶ ᾧ*: *O*, 662: . . . . *ἐπὶ δὲ μνήσασθε ἕκαστος*
παίδων ἠδ' ἀλόχων καὶ κτήσιος ἠδὲ τοκήων,
ἠμὲν ὅτεῳ ζώουσι καὶ ᾧ κατατεθνήκασιν.
ἠμὲν ὁ τέοισιν — ἠδ' ὅτινας inter se respondent *O*, 490, *ἠμὲν ὅ πού τις — ἠδ' ὅτις* *π*, 306.

VITA.

Natus sum anno millesimo octingentesimo quadragesimo septimo Sondershusiae, ubi fidei evangelicae addictus scholam, in qua artes ad vitae usum necessariae traduntur, usque ad a. 1864, deinde gymnasium usque ad a. 1868 frequentavi. Ut antiquitatis potissimum studiis operam darem Lipsiam me contuli ibique quum aliorum tum Ritschelii, Curtii, Klotzii, Langii, Zarnckii, Ecksteinii, Voigtii, Drobischii scholis interfui. A. 1870 ad patriam defendendam profectus per unum annum in Gallia stipendia merui. Aestate a. 1871 domum redux ad litterarum studia me retuli.